

ΣΤ'Ν ΘΕΩ
TEXTUUM POENITENTIALIUM.

ANNI 1675.

BREVES DISPOSITIONES Homileticæ.

Die I. Solemniū Precum, (11. Junij.)

CONCIO I.

Parasc. Psal. 26. v. 8. Ecce, talem amorem Dei & gloriæ ejus, ac Zelum pro ædibus Divinis & Nos frequenti hæc congregatione testari volumus, idque ad mandatum S. R. Maj: *ta: abfir ergo hypocrisis, did. ex. v. 2. (Syr. 1. v. 34.)* item, ex *v. 12.*

Textus, *Hagg. 1. v. 3* --- II.

E*Xord. Esd. 3. v. 12. 13.* narratur, quâ alacritate fundamenta Templi secundi posuerunt Israëlita à Capt. Bab. reduces, verum studium illud brevi refriguit, (*b. l. vers. 2.*) inde tam dura concio *Haggai in text. prælecto.* Nec aliter hodie: Magna prætenditur cura & zelus pro gloriâ Dei, sed quid in re ipsâ præstatur? Hinc S. R. Maj: *tas* tanti mali *causam & damnum* primo hocce textu, ex Verbo Dei nobis ob oculos ponit. Ex illâ Judæorum negligentia circa domum Dei, tam impense ab illis amatam & desideratam, facile colligere licet, quod in reliquis Deo gratis operibus longè remissiores fuerint: Si & nostri temporis homines tam parci sunt in ædificandis templis, domibus ac receptaculis pauperum, quod tamen exigud sumptu fieri potest; si tam negligentes in frequentandis templis, quod parum habet molestiæ, cerè exinde facilimè cuivis colligere licet, quod in aliis operibus, Dei gloriam promoventibus, longè sint repidiores; sed in cura proprii boni longè diligentissimi, quod ad oculum monstratur in præfenti Textu: in quo agitur.

(*Prop.*) De neglectu Glorie Divina, in amore proprij boni.

In hac *Propos.* Not. I. quale vitium sit? quod hæc v. vis coloribus per Prophetam depingitur; est illud

(*a*) *Vitium laboriosum, vers. 4.* Mon idar tidh w ara sômmen? *vers. 9.* Hmar och en har ar medh sîtt Juus. in promovendo & augendo bono suo erant Judæi admodum industrii, nullum iis ad hæc tempus serum, nullum præmaturum; At in ædificando templo, in operibus Deo gratis, nullum tempus illis videbatur commodum, ulterius impiam diligentiam illis exprobat, *v. 6. i sâan' m'p'et. pro vide*

26
videbant anxie necessaria; i äten/ i dristen/ ea quæ habebant, omn
prudencia in usus suos convertebant, *Conf. Luc. 16. v. 8.* quod illis
defuit, magno studio acqvierebant, nummos corradendo; then Pen
ningar förtiänar.

(B) *Vitium fastuosum, vers. 4.* In i boö stelen i huseldom Hu
som. inchoabant Domum Dei, sed post negligebant, quod turpius
quam si non inchoassent, hinc dicitur v. 4. *Öde Huus*; tanquam ru
dera destructæ domus; suas a. domos non in primis fundamentis re
linquebant, sed ad fastigium perducebant; siquidem contabularæ, fa
stigiataræ & omni modo exornatæ erant eorum ædes privatæ, publica a.
domus, in qua cultus Dei instituendus esset, deserta. Patriarchæ
vilioribus casis & tuguriis contenti, civitatem cœlestem sperabant,
Hebr. 11. v. 9. 10. Conf. 2. Cor. 5. v. 1. 2. Illi a. qui terrenis usque adeo de
lectantur ædificiis splendidis & magnificis, videntur non sperare, vel
aspirare ad Cœlestia; de quibus *Rhil. 3. v. 18. 19. 20.* David licet Rex
fuerit, cum verecundiâ tamen cogitavit de splendore domus suæ, lon
geque majorem curam habuit ædis Divinæ, quam propriæ, *leg. 2. Sam.*
7. v. 2. Psal. 132. v. 3. 4. 5.

(γ) *Vitium presumptuosum, vers. 9.* i wänten wäl effier myctit.
(& vers. 6. then thet penningar förtiänar) bona mundana possidentes,
nec Deum timebant, nec homines curabant, *Psal. 73. v. 3. seqq. Conf.*
Luc. 18. v. 2. (NB. amplificari hac possunt ex cognato vitio Avaritia.)

Usus Didact. Magna hic opus est prudentia Christianis, ut
recte cognoscatur hoc vitium: qui n. hoc malo laborant, se sanos es
se purant, cum sint ægerrimi. Ubi templo ædificando vel potius in
choando, nummulum, ubi pauperi obulum dant; Centum v. vel mil
le thaleros splendidis ædificiis, luxui, gulæ aliisque vitiis impendunt;
aut posteris suis, se forte pejoribus, servant; illi injuriam sibi fieri pu
tabunt, si quis illis acclamaverit cum propheta, voce Dei, ex v. 3. 4. Sic
adeo amabile & excusabile videretur multis hoc vitium, ac proinde ne
cesse est ut illis monstretur.

II. Quot damna secum adferat? quæ sint vitii hujus effe
cta; nempe.

(a) *Benedictionem ab acquisitis tollit: vers. 6.* i fören licet
in/ ex semine lucrum expectantes, damnum sentient. *inset mätte/ inset*
otorsige/ sæpe n. ex vindicta Dei propter peccata naturalem & con
suetum usum non præstant fruges: tete wärma edet/ persæpe in poenam
hominum vis frigoris augetur, holugan Pung; h. e. erunt thesauri ut
aqva

27
aqua in cribro: quod contingit, quando fures rapiunt, vel per alios
casus perduntur bonae, vel propter graviolem annonam pristinum
valorem quasi amittunt pecuniam, dum duplo vel triplo redimenda sunt
alimenta.

(β) *Possidenda dirigit*; vers. 9. *Wlaas tagh doct thet bort. h.*
e. licet omnem operam impenderint ut acquirant, ut servent, tamen
sub manibus dissipabuntur possessa. utitur ad hoc Deus instrumentis
irae suae, igne, aqua, tempestatibus, &c. atque sic, *Irus sit subitò, qui
modo Cresus erit.* leg. *Psal. 37. v. 35. 36.*

(γ) *Pluviam & terra proventum avertit.* v. 10. *Himmelen
förhållit Dagen / intelligitur omnis humor & pluvia humectans &
fructificans: och Jorden sina Frukt. nimirum omnia sponte nascuntur, vers.
11. exponitur modus, quo tollitur ipsa benedictio: dum sc. per siccitatem
immodicam, omnia exarescunt in agris, in hortis, in montibus, quae
homini ad famem & sitim restingvendam necessaria sunt, unde
contabescunt non tantum homines, sed & pecora, ne & illa homini-
bus alimenta praebent, imò omne, quicquid labore suo, sive agricul-
tura, sive alio opificio quaerunt, erit sine benedictione. *did. ex Deut.
28. ferè per totum cap. maxime v. v. 38. seq. Amos 4. v. 6. 9. Mich.
6. v. 14. 15. Hagg. 2. v. 16. 17. 18.* Hujus mali tristem interpretem ha-
bemus, proh dolor, in Patria nostra, experientiam.*

Usus dehortatorius: cum jam poenas hic à propheta indigita-
tas, ipsimet in Patria nostra sentiamus, & illarum causa praecipua ad-
ducitur *neglectus Gloria Dei, v. 9.* *ihersfore at mitt Guds - Ergo in No-
mine Jesu resipiscamus (Noscentur seria admonitiones in Diplomate
hujus Anni)* Inprimis caveamus ne ad ea Deo sacras negligamus re-
aedificare, conservare, frequentare. (*repet. dist. sup.*) Habemus praer-
erea viva Dei Tempa, homines fideles, *1. Cor. 3. v. 16. & 2. Cor. 6. v. 16.*
qui jam maximam partem miserii sunt & esurientes, quibus si de no-
stris facultatibus non subvenerimus, timebimus horrendam in extre-
mo die sententiam, *Matth. 25. v. 41. seqq.* Causa est, quia negligi-
tur Gloria Dei, & Christi, qui in illis habitat *Job. 14. v. 23. conf.
Esa. 57. v. 15. & Matth. 25. v. 45.* Durum est cogitare, quod multi
unius Ecclesiae membra, unam communem fidem profitentes cum re-
liquis in summa necessitate constitutis, omnem vitam transigere a-
ment in aedibus magnificis, (*i hwelssdom Gudsom*) in vestimentis preci-
osissimis & usque ad impietatem superbis, cibis delicatis & superfluis;
& quod, dum ita vivunt, patiantur miseris suis fratres, (si modo

illi impii, fratres miserorum & piorum dicendi sint.) in omni victus & necessariorum defectu vivere, imò in eodem defectu mori. *Conf. Amos 6. v. 1. 3. seqq.* Et quod durius est, suo luxu & impietate, causa existunt tantæ calamitatis. Atque ita negligitur Gloria Dei, & cura miserorum, ideo dicit Deus per Prophetam, *thersfore thersfore vers. 9. 10. 11.* ut a. tales in posterum effugiamus calamitates, videamus

III. Hujus vitii remedium, & quidem.

(a) *In quo illud remedium consistat:* nimirum (1) in seria Erroris agnitione *vers. 5.* *seer huru thet gäär ider.* (juxta text. Hebr. *ponite cor vestrum super vias vestras;*) h. e. accuratè scrutamini vitam vestram, & agnoscite errorem. Hac admonitione indigitat Deus ipsum malum. & *v. 7.* iisdem verbis remedium proponit. *Conf. 1 Cor. 11. v. 31.* (2) in diligenti *inquisitione* eorum, quæ Deo grata sunt; *vers. 8.* *hämter Trä--* ut sc. ædificetur templum Domini: Pari modo a nobis requirit Deus quæ sibi grata sunt: quod nobis præscribunt & imponunt varia Dei mandata, tam in V. quàm N. Test. *ut Mich. 6. v. 8. Tit. 2. v. 11, 12. Et.* (3) In sedula *effectione* eorum, quæ mandantur, *vers. eod.* *och bygger Husett* non tantum ligna cædenda, adferenda, sed & Templum ædificandum: Et nobis allaborandum est, ut in Ecclesia, quæ est domus Christi spiritualis, *Ephes. 2. v. 19. Et seqq. Et 4. v. 12. 13.* simus per veram fidem & sanctam vitam, lapides vivi, *1. Pet. 2. v. 5. 9. 10.* ut simus vitis & surculi fructiferi, *did. ex Job. 15. v. 2. seqq.*

(β) Quam salutare sit, (illud remedium) *vers. eod.* *thet skal vora Gudi tacnemligie.* h. e. condonabit omnia propter Christum; cujus præsentia in Templo promittitur, *cap. 2. v. 8. 10.* Qui auctor est & lapis angularis Domus Spiritualis, *1. Pet. 2. v. 6. conf. Psal. 118. v. 21. seqq.* per quem Deo grati reddimur, *Eph. 1. v. 3. 4. 5. 6.* porro addit propheta: *isagh skal bevissa mina Ahro / conf. hæc cum verbis 1. Reg. 8. v. 18. 19. Et Hagg. 2. v. 10.* Quæ Dei Gloria quòque in fidelibus magna est, *Eph. 1. v. 17. 18. 19.* & hanc suam gloriàm ostendit Deus etiam in temporalibus, benefaciendo; *Psal. 67. v. 2. 8. Et 145. 15. 16.*

(γ) Quanto cum damno negligatur; observanda hic venit connexio concionis Propheticæ: *vers. 4.* ostendit culpam, *v. 5. 6.* pœnam indicat, *v. 7. 8.* remedium proponit. At si & illud negligenter, graviores sequuntur comminationes, *vers. 9. 10. 11.* Ita semper, ubi propositum salutis medium respicitur, gravior pœna supinos peccatores manet, *Matth. 11. v. 20. seqq. conf. meditationes seqq.*

Ufus Pœnitentiæ: peccata nostra agnoscamus, vias nostras per veram pœnitentiam emendemus; (*vid. conc. 1. Doct. 2. Dicit. 1. Anno 1674.*) Gloriam Dei & salutem nostram æternam primum quæramus, *Matth. 6. v. 33.* in promovendis Ecclesiæ & pauperum bonis sumus alacres & diligentes, & non tantum in propriam utilitatem intenti: *Hebr. 13. v. 16. Syr. 37. v. 6. 7.*

Ufus consolatorius. Cum in nobis, tanquam in templo suo, sit Christus, & nos per illum Deo reconciliati simus, *Rom. 5. v. 1. 2.* ergo & nobis hæc Dei Gloria conspicua erit, ut pœnæ illę propter Christum vel mitigentur vel prorsus tollantur, (*Hag. 2. v. 10. 19. 20.*) pro beneplacito ejus; atque dum ita Christo uniti sumus, quicquid adversi nobis accidit, pro paternâ castigatione reputandum erit. *2. Cor. 4. v. 17. 18. & 12. v. 7. 8. 9. Hebr. 12. v. 5. seqq.*

Concl. cum voto, ut non nostram, sed unicè Dei Gloriam quæramus, *did. ex Psal. 86, v. 11.*

CONCIO II.

Parasc. Jer. 14. v. 21. 22. quę verba cum priori meditatione, *ex Hagg. 1. v. 3. seqq.* conveniunt, *fiat appl.* & inprimis huc faciunt verba: *Zin herlighet Sate;* quem sensum respicit Oratio Salomonis in textu prælegendo.

Textus. *1. Reg. 8. v. 37. 38. 39. 40.*

E*Xord.* Hoc die *ex Hagg. 1. v. 3. seqq.* edocti sumus de Zelo & sume Dei pro templis suis, in quibus colitur; in hoc v. textu agitur de beneficio, quod Deus templum ritè frequentantibus promittit. Hoc autem ordine textuū, ducimur ad typos Ecclesiæ: Bina enim erant Ecclesię Veteris Tempa, typi Ecclesię N. Testamenti, *Conf. Zach. 6. v. 12. 13. Eph. 2. v. 20. 1. Tim. 3. v. 15. &c.* ideoque singularis illa Dei cura de piis in Christianismo congregationibus, sicut & magna beneficia iis promissa, in doctrinam & consolationem nostram, non tantum ex S. Scripturę dictis, (*Matth. 16. v. 18. & 18. v. 20. & 28. v. 20.*) proponenda sunt; sed etiam ex typis in V. Testamento, illustranda: ut in textu prælecto, ex quo Not.

(*Prop.*) *Solatio pia congregationis in temporali necessitate.*

& quidem *1. in quibus casibus quæramur.*

2. à quibus inveniamur: &

3. quomodo possideatur. Vos. ex vers. 30.

Gloria Templi Salomonis spectatur in hoc Cap. vel ut promissa,

v. 29. vel ut a Imirabili ratione ostensa, v. 11. At nec minima illa est, quâ piis solatium in illo impetrare voluit Salomon, & optimo jure in N. Testamenti congregationibus sperare licet. videamus ergo

I. In quibus casibus queratur: In tota oratione, de benignâ exauditione & consolatione in quavis necessitate orat; in hoc vero textu de necessitate temporali: cujus sunt Tres classes:

(a) *Mala universalis domestica*: (iniquitates alimenne Prodigiorum) ut sunt v. 37. en hård Tjndh: fames & annona caritas: quæ jam pro dolor, Patriam nostram premittit: Pestilentia/ pestis vel morbus quivis contagiosus, qui plures corripit. Forsal ariditas; vox Hebræa de evacuatis spicis etiam usurpatur, Gen. 41. v. 27. h. l. pro omni percussione sementis, sub quâ comprehendi potest omnis gravior tempestas venti vel aëris, quæ segetes infestat & perdit. Brand/ rubigo, à quibusdam Hanungsdaggla Plinio pestis segetis dicitur: est putrefactio ex incidente humore, undè spicæ fiunt marcidæ, & in pulverem fetidum confriabiles, vid. Deut. 28. v. 22. Amos 4. v. 9. Hagg. 2. v. 18. Gråshoppor/ locustæ, animalcula nociva quævis. Mattar/ omnis generis insecta. Qualia autem sunt hæc mala ex experientia notum est.

Usus Didact. de Fame (quem repete ex Conc. I. Diei primi, sup. Anni 1674. Doct. 3.)

(b) *Mala ab exteris timenda*: vers. eod. Theras Fiender belåggia theras Portar. hostiu nomine longinquo adventans, sed qui in regione portas obsidet civitatum. Quæ bellum secum ferat mala, præsens Europæ status luculenter docet: neque nos horum malorum sumus ignari.

Usus Did. & Exhort. (repenitur & hic, qua dicta sunt De Bello, Conc. 2. Doct. 1. diei primi, Anni proxime elapsi.

(c) *Mala particularia uniuscujusque*, vers. eod. eller någor Plåga/ omni generis plaga, omnis infirmitas, & vers. 38. Dvåra och en förnimmer sin Plåga i sin Hjerta. Unusquisque cognoscit plagam in corde suo. Thren. 1. v. 20. 21.

Usus adhort. & consol. in omni necessitate auxilium Divinum querendum est. Psal. 50. v. 15. did ex 2. Reg. 19. v. 15. & 1. Chron. 20. v. 12. Psal. 135. v. 5. 6. 7. Jer. 32 v. 17. 18. 19. & in expectatione hujus auxilii, sicum est omne nostrum solatium, Eph. 3. v. 20. did. ex Psal. 77. v. 20. & Judith. 9. v. 5.

34
II. A Quibus inveniatur: v. 38. non patrociniatur Salomon impiis, leg. Prov. 1. v. 24. seqq. nec impœnitentibus beneficia pię congregationis h. l. destinantur, Psal. 5. v. 4. 5. sed docetur, quod apud Deum non sit discrimen vel ętatis vel nationis, sed exaudiatur unusquisque

(a) Ore diligenter orans, vers. 38. Ehwadh thet är andra Mennistior -- (juxta Hebr. omnis oratio, omnis deprecatio, qua fuerit omni homini, omni populo, did. ex Act. 10. v. 34. 35)

(β) Corde pœnitenter malum sentiens; vers. eod. Sörnitma sina Plågo - Si cognoverit quisq; plagam corde suo: Sentiebat dives malum in inferno, Luc. 16. v. 24. sentiunt & impii viventes, sed non respiscunt, Esa. 1. v. 4. 5. At pœnitentes agnoscunt in se culpam, & in Deo justitiam, Dan. 9. v. 8. 9. 10. Psal. 51. v. 3. 4. seqq. add. om. Manassis.

(γ) Manus confidenter extendens, vers. eod. och räcka sina Händer vth ut theta Huuset. & expandere manus suas ad domum hanc. idem repetit v. 44. non quod efficaciam aliquam templo adscriberent; sed quod (a) non alium expectarent adjutorém, quam Deum summum, qui in illo templo colebatur, Conf. Dan. 6. v. 10. 11. (b) est extensio manuum cœlum versus, signum elevati cordis ad Deum, Thren. 3. v. 41. sic Moses, Exod. 9. v. 29. & 17. v. 11. & David, Psal. 28. v. 2. & 63. v. 5. & 141. v. 2. (c) fiet hoc sanctificatis per veram pœnitentiam in Christum, manibus, 1. Tim. 2. v. 8. (d) est & ille gestus documentum, quod nullo alio modo juvari possimus, quàm auxilio supremo, När wij t böga Nöden stå -- (e) extensis ac complicatis manibus reos & gravissimos peccatores nos Deo sistimus: Hinc Tertull. paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani.

Ufus pœnitent. ad pias preces, veram pœnitentiam, & omnem fiduciam in Deo collocandam; (de hisce videantur Homilie pœnit. sup. annorum, in quibus passim de precibus, pœnitentia & fiducia in Deum agitur. restat

III, Quomodo possideatur: (hoc solatium) idque contingit

(a) In fiducia (a) benigna exauditionis, v. 9. At tu wille is herabi cœlum tanquam gloriosa Dei sedes ipsi adscribitur, sic Esa. 66 v. 1. Ut ibi quasi in curia preces excipiat, Psal. 20. v. 7. (Expl. ex Om. Dem.) (b) in fiducia gratiosa condonationis, propter Christum, vers. eod. Och wara nåd: ligh; Rom. 5. v. 1. add. Psal. 33. v. 18. Esa 66. v. 2. Jer. 15. v. 7. (c) in fiducia potentis auxilij, Och sy thet stå at tu gifver -- & facies dabit

dabit, unicuique secundum vias suas, poenitentes in primis respicit, quos acceptat & iuvat Deus, (vide Homil. sup. annorum.)

(β) *In veneratione divina sapientia, vers. eod. Sāsom tu habens Hieria tanner - prout cor ejus cognoscis, quia tu solus nosti cor filiorum hominis, Et hoc solatio sese præcipuè erigunt pij Christiani, dum in anxietate constituti divinum auxilium expectant, Matth. 6. v. 23. sic David, Psal. 10. v. 14. ergo ex Psal. 26. v. ult. &c.*

(γ) *In habitatione cum timore Dei, vers. 40. pā thet the skola fruchtatigh -- ut timeant te -- (did. ex 1. Tim. 2. v. 2. quod dicit, explicatum est, sup. Anno, die II. solemn. pr. Cons. I.)*

Ufus consolatorius: multa sunt quæ nos premunt & infestant, sed unicum nostrum solacium est in Domino, qui nos benignè exaudit, gratiose condonat, potenter auxiliatur; quia calamitates nostras novit, & faciet ut tranquille vivamus, (did. ex Expl. textus.)

Die II. Solemn. prec. (9. Julij.)

CONCIO I.

Parsc. Psal. 121. v. 1. 2. Cum hodie de oculis Domini ex textu præscripto informabimur, merito & nostros elevabimus, add. Psal. 123. v. 1. & Tob. 3. v. 14.

Textus, Amos 9. v. 8. 9. 10.

Exord. 2. Chron. 16. v. 9. loquitur Propheta de vario oculorum Dei opere, Providentia ejus Generali; in qua cernitur affectus Bonitatis in omnes homines, Matth. 5. v. 45. & justitia in peccantes, cum minis & aspectu graviore, Psal. 11. v. 3. 4. 5. Deinde Specialiori Dei incuitu, eoque vel gratiose in omnes, qui eum sincero corde amant, Syr. 34. v. 18. 19. vel pœnali, ut b. l. & Psal. 34. v. 17. Et in Textu nostro nobis proponitur.

(Propos.) **Trinus Dei Aspectus. nimirum;**

- I. *Regno peccanti minans.*
- II. *Fideles castigans & conservans.*
- III. *Illisores & impœnitentes exterminans;*

Votum ex Psal. 119. v. 123. 124.

(Transitio) *Psal. 123. v. 2. 3. Si servi inveniunt manus herorum, suorum quàmò magis nos Oculos Dei; Est autem intuitus Dei*

I. *Regno peccanti minans, ubi particulâ Sij excitamur ad videndum.*

(a) *Oculos minantes, vers. 8. Hætrons Hætrons Sgen -- Oculi Domini Dei in Regnum peccati - ubi emphaticè exprimitur Nomen Domini Dei, cui tribuuntur oculi non carnales, Job. 10. v. 4. sed quod intimè omnia cognoscat, & singulari ratione omnia animadvertat, Psal. 94. v. 8. 9. inprimis autem h. l. indigitatur hac phrasî singularis Dei animadversio cum minis, quod docet*

(B) *Regnum peccans, in quod diriguntur oculi Domini, vers. eod. etc syndige Nitei juxt. Hebr. Regnum peccati, h. e. Regnum in quo abundant omnis generis peccata, 1. Job. 5. v. 19. Conf. 1. Job. 2. v. 16. Regnum, in quo homines omnibus vitiis & peccatis dediti sunt, Psal. 1. v. 1. & 14. v. 2. 3. 4. Esa. 1. v. 2. seqq. intelligitur autem h. l. per regnum peccati, præcipuè Regnum Israelis, Vers. 7. ad quod peculiariter missus erat Propheta; tangunt etiam conciones ejus Regnum Judæ, ut patet ex Cap. 2. v. 4. sicut ergo omnis scriptum utile est ad redarguitionem, 2. Tim. 3. v. 16. ita & divinus ille intuitus contra omne Regnum peccati dirigitur, Psal. 66. v. 7. Prov. 15. v. 3. Jer. 16. v. 17. Zach. 4. v. 10. Et Rex noster Clementissimus hunc ordinando & præscribendo textum, Regnum suum à divinis comminationibus nullo modo eximendum arbitratus est, verum ob gravissima peccata appellandum etc syndige Nitei.*

(γ) *Quid regno minatur intuitus Dei? vers. eod. Ne iagh plat sbrgr thet - - d. sperdere faciam illud, sc. per totalem excisionem: Est hoc gravissimum malum, quo homines extirpantur, & sic necesse est, cum illis finiri regnum; per quam excisionem gravissimæ pœnæ impiis denunciantur, ut Psal. 37. v. 35. 36. & 92. v. 8. & 94. v. 23. & 109. v. 13.*

Usus Did. agnoscamus hinc Divinam Bonitatem & Longanimitatem, prius enim quam propter enormia peccata pœnas infligit, vel totaliter regnum extirpat, à peccatis quàm fidelissimè dehortatur, minatur; leg. Amos 3. v. 7. Mæth. 3. v. 8. 10. add. exempla Gen. 6. v. 3. Exod. 7. & seqq. cap. Jon. 3. v. 4.

Usus padeut. ut maturè per veram pœnitentiam in gratiam redeamus, ne Deus nos, ut regnum peccatis immersum abjiciat & exterminet; (vid. Homil. in Esa. 44. v. 1. Anni 1674.)

II. *Fideles castigans & conservans? de hoc intuitu lege Ezech. 20. v. 17. hic vero distinctius, & quidem*

(a) *Quos castigat & conservat, vers. eod. Andoch iagh tete Jacob; Quis Peruntatem non delendo delebo domum Jacob; dulcissimum est, quod in mediis minis, cum jam de gravissimâ exerciti-*

340
natione loquatur Deus, misericordiâ motus erga domum Jacob, negat se eam totaliter delere velle, cum fuerint in ea nonnulli fidem Jacobi imitantes, *leg. v. 11.* ut explicatur, *Act. 15. v. 16. 17.* namque oculi Domini fidem respiciunt, *Jer. 5. v. 3. Conf. Rom. 2. v. 28. 29. & 9. v. 8. & Justos, Psal. 34. v. 16. 1. Pet. 3. v. 12.* & ut verum maneat, obsignat nomine immutabilis essentia suæ & veritatis indicio: *Disum est à Jehovah, sâger Herren*: quod in prophetiis tam minarum quàm promissionum firmissimum est signaculum.

(β) *Quomodo castigat*: *vers. 9.* *Sij tagh wil befalla . . medh et Sâll.* secundum Hebr. *Ecce, ego precipiens commovere faciam in omnibus gentibus domum Israhel, sicut agitur in vanno, h. e. sine omni animadversione illos non dimittam, Conf. cap. 6. v. 11.* quia regnum Israeliticum mensuram peccati implevit, ideo membra ejus dissipare voluit Deus, ita quidem; ut esset dissipatio illa, impiorum exterminatio, & purificatio fidelium, qui ut triticum seligerentur: *Conf. Matth. 3. v. 12. Luc. 3. v. 17.* & Christus purificat corda fidelium, *Hebr. 9. v. 14.*

(γ) *Quomodo conservat*, *vers. eod.* *och Kernen skole icke falla på Jorden.* secundum Hebr. *Et non cadet lapillus in terram, h. e. nihil, quod alicujus momenti sit, nullum granum quod alicujus ponderis sit, sive quod vel minimi lapilli pondus habeat, &c.* hinc jucundâ similitudine assimilantur fideles tritico, *Matth. 13. v. 25. 30.* & è contra cum paleâ comparantur impii, *Job. 21. v. 18. Psal. 35. v. 5. Esa. 29. v. 5. Os. 13. v. 3. &c.*

Ufus Consol. (α) De firmâ Dei gratiâ, (*qui diduci potest ex Conc. 2. Doct. 2. dici III. Anni sup.*)

(β) De utilitate castigationum; quæ nos ad Deum ducunt (α) *Verâ conversione*, sicut enim per peccata à Deo separamur, *Esa. 59. v. 2.* ita illi in calamitatibus, quæ nos castigant, conjungimur, *1. Pet. 4. v. 1. add. exempl. Manassis, Acolasti, &c.* (b) *devotâ precatione*, quæ in rebus secundis torpet, *leg. Esa. 29. v. 13.* quod dictum citat Christus *Matth. 15. v. 8.* in adversis autem major est devotio, *Esa. 26. v. 16. add. Exempl. Jonæ.* (c) *Cali desiderigne*, *2. Cor. 4. v. 17. 18.* add. *Exempl. Eliæ, 1. Reg. 19. v. 5. Tobiz, Tob. 3. v. 16. Aug. ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, alia ut quantur felicitas, cujus dulcedo non est fallax.*

Ufus Dehort. de emendatione vitæ, præcipuè ubi minatur Deus calamitates, *did. ex Amos 4. v. 12.*

III. Illusores & impœnitentes exterminans, ubi notandum.

(a) *Quinam sint exterminandi, vers. 10.* Alle Syndare i mitte Jolec - morientur omnes peccatores populi mei, sunt quidem omnes homines peccatores, verum hic indignantur illi, qui in securitate peccatis suis delectantur, & de resipiscencia non sunt solliciti, in quam impœnitentiam & cordis duritiem graviter invehuntur præcipuè Prophetæ, ut vel à textibus pœnitentialibus priorum annorum patet.

(b) *Quo modo exterminandi, vers. eod.* Genom Sward / gladio morientur; gladius absceindens vitæ filium, inter gravissima mala meritò numeratur, quo sustollendi sunt impii, *Psal. 37. v. 15. & 63. v. 11, Ezech. 14. v. 17. & 21. v. 14. 18.* (Conf. quæ suprâ citata sunt de bello.)

(c) *Quo crimine in finale excidium maturefcebant, v. eod.* the the sâija: then Dhyctan -- minarum & verbi divini contemptu, semper populus Israeliticus patientiam divinam fatigavit; varias plagas, utpote bellum, famem, pestem, exilium, &c. minimè curavit; imò ad exemplum Pharaonis post varias calamitates, vel etiam illis duranti- bus, cor suum induravit; (*did. ex Osee 4. v. 6 -- 11. & pluribus Dei que- relis, ut in Conc. hujus diei II. & alibi.*) unde totale regni israelitici securum est. exitium, quod docet Historia vastationis Hierosolymitanæ.

Ufus adhort. Excuciamus ergo soporem securitatis, & timeamus Deum minantem in Verbo, in natura universi, in everfione variarum rerum publ. &c. & quod maximè dolendum, in horribili tyrannide Satanæ, qui jam, permittente Deo, multas animas affligit. Occurramus ergo Deo, verâ fide, seriâ pœnitentiâ, sanctâ vita, & assiduis precibus ut has & alias calamitates effugiamus, & participes reddamur benedictionis, quæ domui Jacob fideli promittitur, *v. 11. & seqq. hujus capituli, (ex quibus vers. fiat votum & conclusio.)*

CONCIO II.

Parsc. Zeph. 2. v. 1. seqq. (quæ verba tertiæ hujus diei Concioni destinata sunt,) continetur gravis Dei comminatio, quæ plenius in textu prælegendo nobis ob oculos ponitur; *ergo ex Zeph. 2. v. 1. 2. 3.*

Textus, Hof. 4. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

E*xord. vers. 7.* hujus textus; in sere the warda -- ubi docetur: Deum non solum peccata punire, sed & pœnam pro ratione peccati m-
siri,

tiri, quo enim plures homines, et majora peccata, & quod graviora peccata, et gravior poena. Nec hoc tantum, sed & instrumenta peccati, facit instrumenta poenae, *leg. Sap. 11. v. 16. 17. & 18. v. 5. Eph. 7. v. 10.* damna damnis compensat, *Esa. 33. v. 1.* & tempora peccati, temporibus poenae, *Num. 14. v. 34.* cum autem populus Israeliticus tot beneficiis à Deo ornatus, Deum & ejus mandata spreverit; merito pro mensura peccati à Deo rejicitur; videamus ergo

(Prop.) *Multiplicationem summè dolendam; & quidem*

I. Peccati, II. Impoenitentia, III. Poena.

Votum ex Psal. 51. v. 14.

(Trans.) v. 1. *Hörer i Israels Barn - Hæren hafwer Orsat; juxta Hebr. Hæren hafwer en Erda/ - lic est Domino, cum habitatoribus terra.* esse autem hanc litem à parte Dei justissimam, liquet ex verbis seqq. quibus patet

I. Multiplicatio peccati, in qua occurrit

(a) *Multiplex defectus Boni, vers. 1.* ingen Troosheet/ fides & integritas, quam quoque Genes in verbis servant: ingen Kârleet/ nulla benignitas, misericordia & humanitas, erga egenos & oppressos, Jnet Gud; Ord i sandena/ nulla scientia Dei, h. e. nullus fructus verbi divini, qui est salutatis ejus scientia, *Jer. 9. v. 24. Job. 17. v. 3.* quia ex negato effectu, negatur notitia Dei, 1. *Job. 2. v. 4.*

(β) *Multiplex inundatio mali, vers. 2.* Gud; Hædelse/ idololatria, & profanatio nominis ac cultus divini, contra 1. 2. & 3. præceptum; Edgn/ contra 2. Werd/ contra 5. Steld/ contr. 7. Hoort/ contr. 6. præceptum: *hafwa sâr ofwerhanden/ Hebr. fregerunt (maceriam:)* est hic comparatio à vallo vel muro arcente aqua, quo disrupto, inundat aqua: sic sublata salutari Dei notitia, humanitate & fide, ut vehemens diluvium omnia hæc vitia inundarunt.

(γ) *Multiplex continuatio criminis sanguinum, vers. eod.* then ena Blodsthyden - secundum textum Hebr. *sanguines in sanguinibus tetigerunt*, h. e. tam frequens est illud crimen, ut se mutuo contingant, tanquam undæ maris: *Blodsthyd/* est innocentis sanguinis profusio, quæ non ita vindicatur, ut rigori justitiæ divinæ satisfiat, *Gen. 9. v. 5. 6.* sed occultatur, *Gen. 37. v. 26.* & cum sit sanguis ille clamans, *Gen. 4. v. 10.* hinc sanguis Uriæ Davidem adeo anxium reddit, *Psal. 5. v. 16.* Sic quoque reatus ille sanguinis, in non punientem vel non rite vindicantem redundat, *Hos. 1. v. 4. 5. &c.* Nam etsi Jehu videbatur vindicare sanguinem Nabothi, 2. *Reg. 9. v. 24. 31. & 10. v. 7. 11. 17.*

sed quia ille nec firmo ac constanti animo Deo adhereret, neque in gloriam Dei vindictam exercebat, 2. Reg. 10. v. 29. 31. ideo & ipsi Hof. 1. v. 4. 5. poena denunciatur.

Ufus: De agnoscendis peccatis nostris; Nam Clementissimus Rex noster, hunc textum ordinando, & in diplomate suo, propter nostrorum vitiorum abundantiam, evidentem facit applicationem concionis Hoseæ ad statum Patriæ nostræ, (quod pro conjugue Ecclesia conditione pro Zelo exponant Dnn. Concionatores.)

II. Multiplicatio impœnitentiæ, omne peccatum, quod poenitentiam admittit, quodque eandem veram habet subsequenter, illud à Deo remittitur, propter fidem in Christum, 2. Cor. 5. v. 19. seqq. &c. At impœnitentia damnationem infert, quia respuit media salutis à Deo oblata, - Marc. 16. v. 16. Job. 3. v. 18. Heb. 3. v. 19. & si quis in illa moritur, ipso actu damnatus est, 1. Chron. 11. v. 13. Verum hic non simplex impœnitentia populi Israëlitici reprehenditur, sed

(a) *Nolunt redargui, vers. 4. doct man torff icde* - verba Hebræa hunc inferunt sensum, ac si Deus exprobaret ipsis inobedientiam propriis illorum verbis, dum dicebant: *fit ita, at nemo aliquem redarguat, nemo aliquem judicet:* prorsus ac hodie mundani homines, concedunt & fatentur sæpe ipsi, mundum esse corruptum, verum ut singuli, secundum processum Christianum, admoneantur & redarguantur, ferre nequeunt: Clamant cum impiis Israëlitis, *an quis singulos? an quis me? an quis illum? an quis tantum virum redarguat?* Conf. Amos 5. v. 10.

(b) *Litigant cum admonentibus; vers. 4. straffa Præsternal-* secundum Hebr. *Et populus tuus sicut litigantes cum sacerdote.* Hæc malitia, tanquam insolens admodum & insolita, Deut. 17. v. 12. describitur cum poena. Nec dicit h. l. propheta quod sint *litigantes*, sed quod sint *sicut litigantes*, (nostro vero tempore fortè non deerunt verè litigantes.) Non intelliguntur hic ministri vitiis dediti, qui suâ culpâ per pravos mores, cum opprobrio sacri ordinis, animadversionibus obnoxii sunt; sed quatenus verba Dei ad populum profert ministerium à Deo ordinatum, leg. 2. Cor. 5. v. 20.

(c) *Omnem disciplinam rejiciunt, vers. 6. mitt Feld* - repetit hic quod dixit vers. 1. *sine scientia Dei.* Conf. Esa. 5. v. 12. 13. *Tu actus in tei Gudi Ordi* juxta Hebr. *repulisti scientiam (Dei)* h. e. veram ejus cognitionem, vid. expl. vers. 1. hæc reprobatio concionis

381.
nit potissimum eos, qui nos instruerent, illis enim poena sequens denunciacur: quoniam negligunt officium suum, quod describitur, *Deut. 33. v. 10. Mat. 2. v. 7.* Tu sörögäter tin Gud, iagh non saltem reji-
ciunt legem Dei, sed ne semel quidem ejus recordantur. Nihil fre-
quentius in lege, in prophetis, quam memoriam legis inculcare, erat
itaque haec rejectio legis, ejusque oblivio, peccatum gravissimum.

Ufus: Ostendetur, quomodo & in Patria nostra, homines im-
pönicenter negligunt verbum Dei & omnem disciplinam; redarguunt
admonentes: & quomodo mali hujus causa non raro est penes verbi
ministros, *Jer. 23. v. 22, 28, 29, 30, 31.* quod si nulla sequatur poeniten-
tia, sequitur

III. Multiplicatio justissimae poenae, nam per immutabilem
justitiam Divinam, aliter esse nequit, atque ita sequitur

(a) *Vastatio propter peccata, vers. 3.* Skall landet stå jämme-
ligen juxta Hebr. lugebit terra, gravissimae poenae & desolationis si-
gnum, hoc in captivitate eorum & aliis poenis, completum est. *Joel*
1. v. 10. Amos 1. v. 2. Conf. Psal. 74. v. 20. & post captivitatem, *Nebem. 1.*
v. 3. Och allom inbyggjatorom illa gää. Langvescent & deficient, *Psal. 58.*
v. 8. & 112. v. 10. Eccl. 8. v. 13. och Diuren -- skola förkomma. peribunt ani-
malia, aves & pisces; congregabuntur & ejicientur; ut stercola & res
nihili: propterea orat David, ne congregaretur & ejiceretur cum
impiis, *Psal. 26. v. 9. & 28. v. 3.*

(3) *Occisio propter impoenitentiam, vers. 5.* Thersöre skal tu
falla, corruet inevitabili sc. ruinä, *Hof. 5. v. 5.* om dagen / in florenti tuo
statu, *Jer. 15. v. 9. Amos. 8. v. 9.* Och Propheten falla medh tigh om natten.
in erroribus suis tenebricosis, *Mich. 3. v. 6. 7. add. Esa. 59. v. 10.* indica-
tur etiam hisce verbis, quod nunquam fururi sint securi ab occisione,
nec noctu nec interdium, alia skal iagh tina Moder iydia secundum text.
orig. & versionem B. Lutheri; succidam sive eradicabo matrem tuam,
h. e. ecclesiam idololatricam, *Hof. 2. v. 2.* quae est sententia decretoria.

(γ) *Ignominia & derelictio propter contemptum Verbi*
vers. 6. 7. Thersöre vill iagh och inter achra tigh; Hebr. reprobabo te à
sacerdotio (fungendo) mibi. h. e. deponam te à dignitate sacerdotali,
quod in captivitate Israelis factum est. sörgäta tin Varn / sicut Deus
dicitur recordari nostri, ubi benefecit, *Gen. 8. v. 1. Neb. 13. v. ult.* ita
& oblivisci dicitur, quando non benefacit *Psal. 77. v. 10.* & hanc
poenam justissime extendit Deus in filios impios; *Exod. 20. v. 2.* sä högt
göa them til Blugd / som the i Throne högt vype dro; de mi camstrophe
log. Esa. 3. v. 24. Matth. 11. v. 23. add. exempla.

Ufus

39

Usus debort. quot & quāntis beneficiis nos ornavit Deus, præsertim binis hisce seculis; sed pro mensurā beneficiorum, facti sumus inobedientiores; & quotus quisque est, qui hoc ad animum revocat? Dolendum sanè, quod multi verà & sanā Evangelii doctrinā abutantur in velamen vitæ flagitiosæ: cultu bonarum literarum; in malitiam & astutiam, dignitate ac potentiâ, in persecutionem & despectum aliorum; divitiis & facultatibus in ignominiam egenorum; pace & sanitate in flagitia quævis, &c. Huic ergo ataxiæ & damnosæ ingratitude maturè occurrendum, & quidem seriâ poenitentia. (*did. ex Thren. 3 v. 40. 41. 42. & prioribus admonit.*)

Die III. Solemn. prec. (6. Aug.)

CONCIO I.

Parasc. Psal. 143 v. 2. expl. & appl.

Textus, *Esa. 1. vers. 14 --- 20.*

EXord. *Jer. 2. v. 35. Sij iogh wil gâ til rāna medh stgh/ esse ibi divi-* nam provocationem ad hypocritas, *pater ex vers. 33 34.* aliàs homo cum Deo in iudicium ire nequit, *Job. 34. v. 23. & 35. v. 6. seqq.* nihilominus ut iustitiam causæ suæ ostendat Deus, sæpè se quasi submittit hominum iudicio, *Esa. 5. v. 3.* & homines reos tanquam in iudicium vocat, ut *vers. 18. in textu præfello,* ex quo monstratur

(Prop.) *Processus Dei cum hypocrisis, Gudz Rättegång medh Strymare.*

idque I. *Ostendendo inimicitiam.*

II. *Svadendo reconciliationem, &*

III. *Denunciando poenam, si neglexerint reconciliationem.*

Votum ex Psal. 119. v. 156.

(*Trans.*) *Esa. 58. v. 2.* ubi hypocritæ in iudicium cum Deo ire præsumunt, hic vero ipse Deus hypocritas provocat, & quidem

I. *Inimicitiam ostendendò, ubi accurate notandum.*

(a) *Quid odit, vers. 14. min Sidl hatar. odit ergo cultum hypöcriticum, quia est sine vera poenitentia & fide, hic repetenda sunt verba, 2 v. 10. ad 14. Conf. 1. Sam. 15. v. 22. Psal. 50. v. 8. seqq. Prov. 15. v. 8. & 21. v. 27. Esa. 66. v. 3. Jer. 6. v. 20. Amos 5. v. 22.* Deus enim non delectatur congregatione infidelium, *Psal. 5. v. 4. 5.* sed sanctorum, *Psal. 39. v. 6.* Erat quidem à Deo ordinata sollemnitas ad initium

initium mensium, Num. 28. v. 11-14. Item reliquis annis festiuitates, Lev. 23. v. 27. &c. magis autem sabbata à Deo precepta, Exod. 20. v. 8. at hęc omnia ob defectum verę pœnitentię, Deus in populo suo odio habuit.

(β) *Quomodo odit.* Verba sunt gravissima, vers. 14. 15. *Min Sidl* -- *1010 corde deceptor.* *Jagh är lögn* facta sunt mihi in defatigationem. *Jagh orlar icke lida.* sunt mihi gravissimum onus, quia in honorem meum dicuntur fieri, sed celebrantur animo à me averso. *och om i dn vphräkten edra Händer.* est affectus intentissime orantis, vid. *Conc. 2. Diei 1. add. 1. Reg. 8. v. 22. Job. 11. v. 13. & Esa. 9. v. 5.* så bortgömr jagh doch min dagn; vid. *expl. Prov. 1. v. 24-29.* -- så hörer jagh eder doch intet; *expl. Psal. 80. v. 18.*

(γ) *Cui odit,* vers. 15. *medra Synder.* h. e. gravissimorum criminum rei estis, sic *Esa. 59. v. 3. seqq.* quia peccatum clamans est sanguis innocens, *Gen. 4. v. 10.* sic sanguis pro omni crimine graviore, & hic ideo nominatur, quia opprimebant pauperes & innocentes, *leg. v. 23.*

Uusus. Ne fidamus externo illi & frigido cultui divino, tam in templis quam in ædibus privatis: Nec putandum quod satis sit, purum & Evangelicum in Ecclesia Christianis ore profiteri; sed illum sincero & pio animo in viã & veris suis fructibus exhibere necesse est. (*did. ex Conc. 1. diei primi, A. 1673. Doct. 1. 2. 3.*)

II. Reconciliationem suadendo, ubi monstrat

(α) *Reconciliandorum officia,* vers. 16. *tvådr eder* -- hoc cum allusione, ad modum purificandi in V. T. usitatum, adducitur. *Conf. Lev. 14. v. 4. 5. 6. 7. & 17. v. 11. Num. 19. v. 6. 9. 18.* quæ omnia præfigurabant lotionem & mundationem veram, quæ fit, quando per fidem in verã pœnitentiã, purificans sanguis Christi, nobis imputatur, *Hebr. v. 13. 19. 1. Job. 1. v. 7. Apoc. 1. v. 5.* de hac mundatione orat David, *Psal. 51. v. 4.* *Sägger bort edert onda Wäsende* / est enim contritio in aversione à malo, pars verę pœnitentię, *Act. 8. v. 22. 2. Cor. 12. v. 21. &c. Wänder igen af thet onda* nemo sanatur, qui caput morbi non deserit, *did. ex Psal. 34. v. 5.* (*låt aff thet onda*) *leg. Amos. 5. v. 14. 15.* *Särer göra thet gott är.* Desiderium vitæ innocentis, & voluntas addiscendi disciplina: omnino adesse debent in pœnitente, *leg. Psal. 2. v. 10. Rom. 12. v. 9. seqq.* (*Hęc omnia ex Art. de pœnss. plenius illustrari possunt.*)

(β) *Reconciliatorum indicia,* vers. 17. *Jager effter thet gott är.* ut Deo & hominibus, quod suum est, tribuatis: nova enim obedientia est fructus pœnitentię, *Matth. 3. v. 8. Tit. 2. v. 11. 12.* namque

que remissa peccatis per fidem in Christum, accedit gratia, que nos facit sectatores honorum operum, Tit. 2. v. 14. 1. Pet. 2. v. 24. Rom. 6. * Sc. hieper them fornydial est & hoc inter fructus iustificati, Psal. 82. v. 5. Hæper them fornydial est quis horam non alius defensor, nisi Deus, Psal. 10. v. 14. 18. & 82. v. 4. & Dei sunt, qui illorum habent curam, 1. Tim. 5. v. 16. Jac. 1. v. 27. contra v. character impiorum est, non iuvare opprellos, vid. v. 23. hujus capit. Jer. 5. v. 28. 29. Zach. 7. v. 10. 6th hieper Entiones Saad! Deut. 10. v. 18. & 14. v. 28. 29. & 24. v. 19. 20. & 27. v. 19. Sc. ob hanc misericordiam, singularem meretur laudem Job. cap. 31. v. 16. seqq.

(γ) *Reconciliatorum beneficia*, quorum (1) *ad Deum Admissio*. vers. 18--ga medh hwar annan til datta! Deus non admittit impios, Psal. 1. v. 5. & 34. v. 17. & 94. v. 20. 2. Cor. 6. v. 14. & illustris locus est Esa. 43. v. 26. ubi Deus ostenderat v. 24. 25. quâ ratione aufert peccata, & deinde v. 28. evocat ad iudicium, sed gratiosum, quia antea illis per Filium reconciliatus, 2. Cor. 5. 15. Eph. 1. v. 7. (2) *Peccati deletio*; om edra Synder wore blodrôda! hoc respicit vers. 15. ubi peccata sanguini comparantur, & nunc per gratiosam condonationem propter Christum impetrata, alba nominantur, quia reatum illum sanguineum amiserunt, Psal. 51. v. 9. Hebr. 9. v. 13. 1. Joh. 1. v. 7. 6th om the dr woq re som en Rosenferga. Iteratio hæc ostendit firmissimam Dei voluntatem in remittendo peccatum, & tollendo omnem ejus reatum ac poenam. Nominat id quod in colore rubro excellit, & quod in albedine omnia superat, blodrôda! sntêhmjta. Secundum Hebr. *Coccinam*, quod Exod. 23. v. 4. Statlatani redditur. Uterius, om the wore som rosenferga! Hebr. *tanquam vermiculus*, ex quo summè ruber ille color exprimitur, sâ skola the deet warða sâ som en Bilt *tanquam luna alba*, leg. Daniel. 7. v. 9. (NB. illustrari potest hoc remissionis beneficium ex aliis locis, de plena remissione peccatorum per gratiosam justificationem.) (3) *Felix habitatio*, v. 19. sâ skolen i nyttia landjens goda. Hebr. *si voluntariâ obedientiâ morem geritis*. reconciliati enim spontaneo spiritu, Deo serviunt, Rom. 12. v. 1.

Usus pad. ad veram & sinceram poenitentiam, & veræ poenitentia fructus. (de quibus in Homiliis prioribus.)

Usus Consol. de remissione peccatorum, repet. priam.

III. Denunciando poenam inevitabilem, si reconciliationem neglexerint. ubi Not.

(a) *Pœna meritum*: vers. 20. willen joch idet f. denzgan ritu, si culpam palliare volueritis reconciliationem respiciemus.

vior hypocriticos vestre poena vobis restituenda erit; verum ex malicia eorum non nuda denegatio erumpit; sed quod gravius erat: vthan & ro oborsammet rebelles, quales describuntur, v. 3. 4. hujus Capituli.

(B) *Pena instrumentum*, aff. Sward fstrarde warda/ hic saepe ultimum excidium notat, Deut. 32. v. 25. 2. Chron. 36. v. 17. Conf. quae sup. dicta sunt.

(2) *Denunciationis firmamentum*, Ty HExrans Mun sger thei non sunt verba impotentis hominis, sed Omnipotentis Jehovah; is qui spiritu oris suae omnia fecit, Psal. 33. v. 6. ejus os loquitur. hoc modo firmat Deus suas minas ac promissiones, vid. Conc. 1. Diei II.

Usus Pad. Ne parvi pendamus monita Dei: ne hypocritico cultui confidamus; sed veram queramus reconciliationem; ut evitemus omnia mala: &c. Et donec perveniamus ad caelestem Zionem, in beatam Ecclesiam, de qua Cap. 2. v. 2. 3. Deo grati & accepti vivamus. (did. per sing.)

CONCIO II.

Paraf. Psal. 90. v. 14. 15. 16. 17. appl. ad text. & preces solennes.

Textus, Psal. 5. Totus.

Exord. 2. Chron. 36. v. 15. de magno beneficio Dei agit, (1) quod emittat legatos suos, (2) quod mature sive summo mane, h. e. omni diligentiam mittat, (3) quod mittat ut parcat populo suo; sic & nobis in Christianismo, & in patria nostra non semel hoc beneficium annunciari voluit; ideoq; attendamus quomodo nos ad Deum mature properemus: suo exemplo nobis praet David in hoc Psal. v. 3. ostendens

(Prop.) *Trinum piorum matutinum*; ut est

I. *Matutina Oratio ad Deum.*

II. *Matutina ordinatio sui versus Deum, &*

III. *Matutina speculatio eorum qua a Deo.*

Vorum ex Psal. 143. v. 8.

(Transf.) Titulus Psalmi est *Nebilosb*, quod vocab. nostri & alii multi vertunt sbr Arsvet: quia Christus est haeres omnium, Hebr. 1. v. 2. & nos ejus haereditas, Psal. 28. v. 9. Rom. 8. v. 17. 1. Pet. 1. v. 4. ex hoc ergo Psalmo docemur, quam digni simus haeredes; Est a. nostrum officium.

I. *Matutina oratio ad Deum, vers. 3.* HExre bittida hbr min Xff: rogat quidem de matura exauditione, sed & sic se mature orare indicat, vid. Psal. 59. v. 17. & 88. v. 14. Erit autem oratio matutina.

(a) *Confidens*, in Deum verum & unice adorandum, vers. 2. HExre hbr min Konung; a quo in omni necessitate temporali auxili-

um expecto, cui me submitto, à quo regor, hoc ipse Rex David fa-
retur. *Mîn Gudh* à quo omne beneficium in spiritualibus, (*ita B. Luth.*
exponit sensum Davidi) *Conf. Psal. 7. v. 2.* ita Thomas *Job. 20. v. 28.* in-
de & illud, *Hör! giff acht! hör mina Röst!* &c. Verba vult percipi, me-
ditationem vult intelligi, clamorem vult observari.

(β) *Indefinens*, Omne quod vel ore, vel animo profert, ora-
tioni adscribit; *mîn Ord* oratio verbalis; *mitt Taal* Hebr, meditatio
mea, interna animi oratio; *mitt Koop* vel *mitt Koops Röst*. non pu-
dit Davidem *Regem*, ut nunc multos proh dolor! sonora voce indi-
gientiam suam Deo offerre.

(γ) *Devota ac reverens, vers. 2.* *Jagh wil bidia in sör tigh*: Ti-
bi ut gratiofo judici, cui multum imò omnia debeo, me submitto. ea
enim vis est vocis *at hpallal*, *salla til din Jotapall*. *Psal. 99. v. 5. & 132. v. 7.*
id alia voce exprimitur.

Ufus, de requisitis veræ & matutinae Orationis. (*did. ex medi-*
tationibus de precibus.)

II. Matutina sui ordinatio versus Deum, *vers. 3.* *Wittida*
wil jagh sticta mig til tigh / Vox Hebr. usurpatur de ordinatis bene lignis
in sacrificiis, *Lev. 1. v. 12.* de omni apparatu sacrificiorum ordinando,
Lev. 6. v. 2. de panum propositionis ordinatione, *Exod. 40. v. 23* sic David
se ipsum, ut res illæ sacræ, vult versus Deum ordinari. ubi *Noi*.

(α) *Ordinationis hujus causa impulsiva*, & est sanctitas &
justitia Dei, de quâ *vers. 4. 5. 6.* Verbis emphaticis eam describit David,
quæ quia perspicua sunt, saltem illis add. *Lev. 11. v. 44. Psal. 145. v. 17.*
Vers. 4. *Han blifwer icke sör tigh* non habitabit tecum, *2. Cor. 6. v. 14. Vers.*
5. the *Sörordige*; *stulti*, humili & salutari sapientia destituti, em-
pæctæ. *2. Per. 3. v. 16.* qui gloriantur per summam insaniam in pecca-
tis suis, *did. ex Psal. 73. v. 3. & 75. v. 5. Eccl. 2. v. 2. 12. & 7. v. 9. &*
10. v. 13. Esa. 44. v. 25. Jer. 50. v. 38. alla *Dgärningymän hatar tu*
nunquam non odisti, *Prov. 6. v. 17.* &c. *Vers. 6.* *tu sörögör the lögn-*
achtiga. gravis justitiæ executio in mendaces, *Psal. 4. v. 3. Hæren*
hafwer en styggele widh the Blodhgrige / vir sanguinis, qui in effusione
sanguinis & dolo delæctatur, *Psal. 26. v. 9. & 43. v. 1. Prov. 3. v. 31.*

(β) *Ordinatio ipsa, Vers. 7.* (1) *jagh wil gå in titt Hittus.*
tabernaculum intelligit, *Exod. 24. v. 44. Lev. 26. v. 11.* och *tilbidia e-*
moot titt helga Tempel / sic quoque tabernaculum dictum est, *1. Sam. 1.*
v. 9. & 3. v. 3. & de habitatione Dei gloriosa in Cælis, *Psal. 11. v. 4. & Mich.*
1. v. 2. (2) in timore Dei, *v. 7.* *i tinnie Fruchtan* / *Mal. 1. v. 6.* (3) in iudicio
Dei, *vers. 8. leg. Psal. 119. passim.* (4) in viis Domini rectis, *1. 3. Conf. Psal. 119.*

(y) *Ordinatione auctor Adjutor Deus, v. 7. propter misericordiam suam, Dan. 7. v. 19. ab illa omnia, v. 7. per ductionem tuam, Psal. 119. v. 176. & 139. v. 24. did. ex Jac. 1. v. 6. 2. Cor. 3. v. 3.*

Ufui, De veneranda Dei sanctitate. De studio vite sancte. De vitandis vitiis ne sentiamus vim justitiae Divinae in nobis. De frequentandis in vera poenitentia & amore Dei sacris congregationibus, qui ufus ex superiorum annorum textibus & expl. cum appl. diduci possunt.

III. *Matutina speculatio, eorum quae à Deo, v. 3. omnia itera terra vppa! mane speculabor, add. Psal. 130. v. 6. Mich. 7. v. 7. Hab. 2. v. 1. Speculatur vero*

(a) *Punitionem impiorum v. 9. ubi (d) eorum descriptio, 3 iheras Mun! (os pro verbis Job. 15. v. 5. 6.) inter wist! nec veritas nec fides, iheras intersta dr Webermdal! (Arguester) sic Psal. 14. v. 3. & 109. v. 18: Iheras Strupe dr en dyen Graaf! semper aliorum ruinam sicut, nec unquam satis habent ut sepulcrum Prov. 27. v. 20. & 30. v. 16. incautos devorant, ut fossa aperta & fauces bestiarum. Jer. 5. v. 16. medh iheras Tanga strymta the; "linguae blandiuntur, ut capiant & perdant. Prov. 20. v. 9. Eccles. 7. v. 6. 7. vers. 10 iheras stoorv dsvpertrædhes! och dro géensfrédswiget &c. Hæc B. Paulus, Rom. 3. ad omnes homines applicat, ut ostendat quales sint ante conversionem. (b) punitione ipsa, Vers. 10. Sördöm them: iudicat, damnat, Job. 3. v. 18. iudicii executio, at the måge falla. Psal. 1. v. 5. 6. driff them vth! sicut palga, Psal. 1. v. 4. Hæc speculatio non nata ex vindictæ cupidine, sed ex amore sanctitatis & providentiæ Divinae, Psal. 59. v. 11. & 91. v. 8. & 92. v. 12. &c.*

(b) *Gaudium piorum, v. 11. (a) descriptio illorum, v. 11. the som trêsta vppa! sikh! per Christum, Psal. 2. v. 12. Rom. 5. v. 1. 2. 2. Cor. 3. 12. Tit. Namyn får hafva! secundum præcept. 1. & 2. Job. 4. v. 16-20. (b) gaudium ipsum, v. 11. Idt glädia sikh! de intimo animi gaudium, Luc. 1. v. 46. 47. frögda sikh! Hebr. cantabant, voce: i tigh glade vâra! Hebr. exultabant, gestibus ostendent gaudium, Psal. 67. 32. & 71. 23. &c.*

(y) *Benedictionem iustorum, v. 12. qui in iustitiam suam deplorantes, omnem in Christo iustitiam quarunt, & propter illum, iustitiam sectantur, Psal. 24. v. 3-6. Rom. 6. v. 5. 6. Tit. 2. v. 11-14. abundans benedictio, quia à Deo, Gen. 15. v. 1. deinde, tu fröuer the med Våde! sâsem med en stöd. sicut scutum totum corpus tegit, ita Deus undiquaque munit gratia sua iustos. Psal. 3. v. 7. Deut. 33. v. 29. Psal. 84. v. 12.*

Ufui. De Justitia Dei: ut illam timeamus. De solatio, ut id quæramus; De benedictione, ut illam in vera iustitia speremus. Idque hisce diebus mature inchoandum, bitida/bitida: & usque ad beatam mortem continuandum. De quib. in Homil. priorib. Verum ex Psal. 85. v. 5. 14.

Nos verò in omni periculo, ad Clementissimum Deum tutò confugi-
mus, (qui est sanctificatio & Assylum nostrum, *vers. 14.*) dicentes ex
Psal: 118. v. 6-13. Hebr: 13. v. 6. sic Josaphat, 2. *Chron: 20. v. 12.* sic Da-
vid, 1. *Sam: 17. v. 45. 46. 47. Add. Psal: 20. v. 8. & 121. v. 1. 2. & repet. il-
lud, Rom: 8. v. 31. seqq.*

4. *Ex Vers. 12.* Cum hìc prohibeatur foedus sive confœderatio
cum aliis Regibus ac Regnis, Notabimus quo sine id fiat: Non n. in
totum in S. Script. prohibentur foedera, *leg. Gen. 21. v. 27. & 26. v. 31.
Jof: 9. v. 15. 1. Reg: 5. v. 12.* Verùm (1) prohibentur foedera cum impiis
contra voluntatem Dei inita, *ut Jud: 1. v. 27. seqq. & 2. v. 1. seqq. & 3.
v. 5. seqq. 1. Reg: 20. v. 34. 42. 2. Chron: 19. v. 2. (2) Prohibetur fiducia
in auxilia humana & diffidentia in Deum, 2. Reg: 6. v. 15. Psal: 62. v. 6.
& 146. v. 3. Jer: 17. v. 5. Non ergo, urgente necessitate, spernenda sunt
foedera iusta, pia, ac bono sine sancita; Fiducia tamen in solo Deo
collocanda est, *Jer: 17. v. 7. Zach: 4. v. 6. repet. 2. Chron: 20. v. 6. 12.
& Psal: 20. v. 8. Veterum Exempla, (juxta illud Syr: 2. v. 11.) dum nobis
consideranda & imitanda proponuntur: Grato, humilique animo re-
colimus, Divinum Auxilium nobis paucos ante annos latum: hostes
fuere permulti, foedera nulla! Armis conjunximus preces devotas &
indefessas ex 2. *Chron. 20. v. 12.* quibus piis suspiriis, misericors Deus,
motus, pacem exoptatissimam præter omnem opinionem & nostra
merita clementissimè concessit, quâ etiamnum, ô utinam diu! frui-
mur. Pro quâ, ut & omnibus beneficiis divinis, perpetuas Deo dice-
mus laudes, ex *Exod: 15. v. 2. 3. 6. add. Esa: 12. v. 4. 5. 6. &***

5. *Ex Vers. 13. 14.* Sanctificemus Deum Zebaoth, in cordibus no-
stris, *idid. ex textus expl. & Prov. 18. v. 10.* & caveamus maximopere, ne
spernamus Petram salutis nostræ, *Deut: 32. v. 15. Lapidem angularem,
super quo edificati sumus, Eph: 2. v. 20. Conf. Esa: 28. v. 16. Matth: 21.
v. 42. 44. Hæc did. ex Exod. 23. v. 20. 21. Sit ergo Dominus Zebaoth ti-
mor & pavor noster, ut, h. l. v. 13. add. Psal: 2. v. 11. 12. & conclud. ex
Psal: 85. v. 9. seqq.*

Die II. Solemn. Præcum, (17. Julij.)

CONCIO I.

Parasc. Col. 1. v. 3. 1. Thess. 5. v. 16. 17. 18. Est ergo Oratio, de-
precatio, intercessio & gratiarum actio, res maxime necessa-
ria, & efficax, si modo fuerit devota & attentata, *adm. ad devo-
tionem.*

B

Tex.

201
Assylum
nostrum
123

Confederatio
Lij 40
vid Bib

NB non
spernamus
Petram
nostram
Jud 2

Sanctificemus
Ej: 28

Exord. De efficacia precum scitè loq. *Apost. Jac. 5. v. 16.* ad Exem-
plum *Elie*, addatur etiam *Mosis*, *Exod. 17. v. 9. seqq.* Dicitum est
ex Textibus sup. diei prec. quod Deus sit noster Dominus & Redem-
ptor; item Protector & Defensor, ipsi ergo à servis, redemptis, pro-
tectis & defensis debentur non tantum gratiæ immortales, sed & assi-
dua preces, quibus eum honorabimus, & flectemus, ut ulterius nobis
beneficiat. præclara est hæc ad preces admonitio ex textu prælecto,
in quo Not. I. Expl. II. Appl.

In I. Observ. juxta Hemikichium, *Quis? Quid? proq; Qui-
bus? Cur? -*

(a) *Quis? vers. 1. & quidem (1) Quis sit qui monet & horra-
tur? Paulus nimirum, qui abreptus in tertium Cælum, in Paradisum,
audivit ἀπὸ πνεύματος 2. Cor. 12. v. 2. 4.* hinc de suâ doctrinâ, quam di-
vinitus habuit, gloriatur, *Gal. 1. v. 8.* instructo jam Timotheo, de Do-
ctrinæ puritate servandâ, *Cap. 1.* ad specialiora progreditur, & quidem
primùm de precibus in Ecclesia fundendis eum erudit. (2) *Quis sit
qui monetur? Ut man - Timotheus & omnes homines præcipuè p̄j,
Matth. 21. v. 22. Job. 4. v. 24. & 9. v. 31.* Q. ergo (1) orabunt ne etiam
impj & exaudientur? R. Peccatores pœnitentes orant & exaudiuntur,
sic *Manasses, Orat. Manass. v. 9.* sic *Publicanus, Luc. 18. v. 13.* Ve-
rùm peccatores in pecc. perseverantes, non exaudiuntur, *Esa. 1. v. 15.
Job. 9. v. 31. Conf. Amos 5. v. 21. 22.* Q. (2) An *infantes* orant? Aff.
quippe eos, qui conceptis verbis ab adultis orare docentur, verè ora-
re quis neget? Siquidem *Fidem* ipsis Spiritus Sanctus tribuit, *Matth.
18. v. 6. & 19. v. 14.* ex fide ergo & cordis simplicitate orant. Neque
illis qui fari adhuc nequeunt, vera oratio denegari potest, licet ipse mo-
dus orandi nos lateat. Qui enim Deum laudant, illi quoque Deum o-
rant, atqui lectentes Deum laudant, *Psal. 8. v. 3. Conf. Matth. 21. v.
16.* Ergo quoque orant. Q. (3) De *Angelis*, an illi orant? R. Oratio-
nem S. Script. Angelis nusquam tribuit, sed *Laudes, Psal. 103. v. 20. 21.
& 148. v. 2. Esa. 6. v. 2. & congratulationem*, namque congratulantur
Homini ex gratiâ per Christum redempto, *Luc. 2. v. 13. 14.* & ab impie-
tate converso, *Luc. 15. 10.*

(β) *Quid? Vers. eod. -* *håfwer Bõner/ Åtallan/ Fõrbõner och
Eackfånelse -* monet ergo Spiritus Sanctus per Apostolum, orandum esse:
& no-

263
124

& nomine orationis sive precum hæc quatuor comprehendit. sc. obsecrationem, orationem, intercessionem & gratiarum actionem, (quæ includit quintum requisitum orationis, nimirum emendationis promissionem.) Horum (1) δέησις, quâ deprecamur mala tam præsentia quàm imminetia, tam spiritualia quàm corporalia, leg. Orat. Dom. pet. 5. 6. 7. cum expl. b. Lutheri. & add. Psal. 121. v. 7. Luc. 21. v. 36. Job. 17. v. 15. (2) ἀποευχῆ, quâ nobis & aliis apprecamur tam spiritualia, pet. 1. 2. 3. in Orat. Dom. quàm corporalia, pet. 4. (3) ἐντεύξις, quâ intercedimus pro aliis, Jac. 5. v. 16. de hac intercessione agemus in seq. circumst. γ. (4) εὐχαεσία, quâ pro acceptis beneficiis, etiam paternâ castigatione, gratias agimus, publicè & privatim: corde, ore & vitæ sanctitate: Ex infinitis S. Scripturæ dictis, leg. Psal. 34. v. 2. 3. 4. 9. & 116. v. 12. Tob. 13. v. 1. 9. 10. Ex infinitis exemplis, leg. Exempl. Jacobi, Gen. 32. v. 10. Davidis, 1. Chron. 30. v. 10 - 14. Mariæ, Luc. 1. v. 46. seqq. Zachariæ, Luc. 1. v. 68. seqq.

(γ) Pro Quibus? (1) Ἰδὲ alla Mennistior. 1. Sam. 7. v. 9. Nehem. 1. v. 6. Jer. 29. v. 7. etiam pro inimicis nostris orabimus, ut Deus ipsos convertere & infensum eorum animum sedare dignetur, Matth. 5. v. 44. 45. Luc. 23. v. 34. Imò pro manifestè impiis orandum, ut Deus erroribus ipsorum obicem ponat, media salutis concedat, & ut agnitâ impietate convertantur. Act. 7. v. 60. 2. Macc. 3. v. 31. seqq. Conf. Jac. 5. v. 9. Exceptis iis, qui peccant peccatum in Sp. S. Jer. 14. v. 11. pro his enim non orandū est, nisi hypotheticè, nempe si tales non sint, quales esse præsumuntur.

(2) Vers. 2. fbr Konungar/ Multra & magna sunt, quæ Ordinario Magistratui debent subditi: puta Honorem & Reverentiam, subjectionem & obedientiam, census & tributa, sed omnium tamen maximum est, maximèq; necessarium, pia pro Rege vota, & devotas fundere preces, Dan. 6. v. 21. Bar. 1. v. 11. 12. Huc pertinent votivæ acclamationes, quibus Reges noviter Electos, Israelitæ humiliter excipere & salutare consueverunt: VIVAT REX, VIVAT! 1. Sam. 10. v. 24. 1. Reg. 1. v. 25. 39. 2. Reg. 11. v. 12. 2. Chron. 23. v. 11. Quid enim utilius & magis proficuum esse potest subditis, quam Reges pios esse, & Deum amantes? Siquidem delicta Regum punit Deus non rarè in subditis, leg. 2. Sam. 24. v. 9. 10. seqq. Conf. Syr. 10. v. 3.

(3) Och all öfverhætt/- pro omnibus qui in eminentia constituti sunt, quales sunt Senatores sive Consilarii Regii, aliique eminentioribus

ribus officiis & negotiis præfecti, de quibus *leg. Prov. 11. v. 14. & Syr. 10. v. 5.* Namque Consilarii, si pii fuerint, fideles, prudentes, Boniq; Publici studiosi, & Regem & Regnum vehementer juvant, *leg. Exod. 18. v. 20. 2. Sam. 18. v. 3. 1. Reg. 12. v. 6. 7. Prov. 16. v. 13.* Assentatores autem ubi prævalent, & ambitiosi ac immites, hi Regi & Regno nimium nocent, *leg. 2. Sam. 16. v. 23. & 17. v. 23. 1. Reg. 12. v. 8. seqq.*

(d) *Cur? vers. eod.* Fines, sive Effectus, qui ex devotis pro Magistratu precibus, promanant, recensentur (1) Respectu *nostri*, quod sit *utile*, idque (a) ut *placidam & quietam vitam* agamus; vixi ita roligit- quàm inæstimabilis est hæc utilitas, sub pio Rege placidè & quietè vivere, ubi Regnum unà cum subditis ab externis invasionibus justè & vigilantè prudentia defenditur, ubi pacis turbatoribus repagula obijciuntur, *Rom: 13. v. 1. 4. appl. ad tempora Salomonis, 1. Reg. 5. v. 4. & nostra*, ut paulò post. (b) Ut *piam vitam* traducamus, i all Gudachtighcet- quia sub pio Rege viget pietas, *leg. 2. Reg. 18. v. 5. 6. 7. & 23. v. 25. Conf. Syr: 10. v. 2.* (c) Ut *honestam vitam* vivamus: Scimus sanioribus Ethnicis, honestam vitam maximè fuisse curæ, quantò magis nobis Christianis? ne scilicet flagitia apud nos, veluti aggere rupto sese effundant, & invalescant, prout passim monemur in S. Script. *Rom: 12. v. 11. -- 21. Eph: 4. v. 24. 29. Tit. 2. v. 11. 12. &c.*

(2) Respectu *DEI*, quod sit *Gratum. v. 3. gott och tacknemblig*- Nil certè gratius est Deo Salvatori nostro, quàm dum sub pio Rege subditi & quietè & piè & honestè vivant: *leg. 1. Reg: 8. v. 55. seqq. add.* ex admonitione Josuæ, cap. 24. v. 14. & populi Responsione v. 16. 18.

II. Appl. Dicuntur hi Dies, Dies grat. actionum, & precum; quæ partes ex hoc textu optimè deduci possunt, ô si debitâ cum devotione! Ergo

Doct. 1. *Quod sit orandum, & quomodo orandum*, ut exaudiamur, repetant Dnn. Concionatores ex suis homiliis (Dom. V. post Pasch. quæ dicitur Dom. *vocem Jucunditalis*,) sed tantùm præcipua. item ex Qq. Catech.

2. Docemur Nomine precum venire *Deprecationem, Orationem* (pro bonis obtinendis,) *intercessionem*, de quibus in expl. textus; Item *Gratiarum actionem*, de quâ fusiùs in prioribus nostris Homiliis in textus poenit. dictum est, undè repeti possunt præcipua. Sub hæc gr. act. etiam comprehendi *promissionem emendationis*, quoque sup. dictum est: Quæ ante omnia hisce precum solemnitatibus urgeatur, & qui-

& quidem ex *Syr. 34. v. 28--31. 2. Pet. 2. v. 20, 21, 22. Conf. 1. Pet. 1. v. 14, 15.*

3. Orationem debere fundi, non tantum pro nobismetipsis, sed & pro omnibus hominibus; *Ex textus explanatione satis liquet, quod & ipse Christus luculenter monstrat, in oratione Discipulis commendata, quæ propterea Dominica dicitur: Pater noster, - panem nostrum quot. da nobis - demitte nobis, debita nostra, &c. Apprecabimur ergo ante omnia, Nobis & omnibus Hominibus, (1) Veram Dei cognitionem, Job. 17. v. 3. 2. Pet. 1. v. 2, 3. & 3. v. 18. Fidei salvificæ donationem, Job. 6. v. 29, 65. Eph. 2. v. 8. Phil. 1. v. 29. (3) Spiritus S. largitionem, Luc. 2. v. 25. & 11. v. 13. Act. 10. v. 44, 45. (4) Omnimodam benedictionem, Psal. 5. v. 11, 12. & 115. v. 12--15 Eph. 1. v. 3.*

Nec hoc tantum, sed & *Deprecabimur* omnia, quæ nobis & omnibus hominibus obesse videntur, præcipue autem (1) Cognitionis Dei obfuscationem, 2. Cor. 4. v. 4. 2. Thess. 2. v. 10, 11. 2. Pet. 3. v. 3, 4. (2) Cordis obdurationem, Esa. 65. v. 2. Hebr. 3. v. 12 add. adm. ex Psal. 95. v. 8. (3) Satanæ illusionem, 1. Reg. 22. v. 21, 22. Marc. 9. v. 20. 2. Cor. 11. v. 14. (4) Ipsam Maledictionem, Mal. 3. v. 9. Matth. 11. v. 21, 22, 23. & 25. v. 41.

4. Imprimis autem orabimus pro Ordinario nostro Magistratu, REGE nostro Clementissimo, (est enim devota pro Rege oratio, primaria pars *Honoris*, qui in quarto præcepto erga Magistratum nobis commendatur.) Oremus ergo sollicitè pro REGIS nostri Clementissimi vitâ & longævitate ex *Dan: 6. v. 21. Bar: 1. v. 11.* Pro protectione & exauditione precum ejus, ex *Psal. 20. v. 2, 4, 5.* Pro auxilio ei à Deo ferendo, 1. Reg. 8. v. 57, 58. *Psal. 20. v. 3.* Ut Deus ipsi ex alto benedicere velit. *Gen: 47. v. 8, 20. Psal. 115. v. 12, 14, 15.* Atque sic non tantum Regi, sed & nobismetipsis benè cedit, *Jer. 29. v. 7.* Pro REGINA Vidua, Regina nostra Clementissima, etiam rogabimus Deum ter Opt. Max. ut ille, qui est *Deus omnis Consolationis*, 2. Cor. 1. v. 3. dignetur eam consolari & ab omni malo clementer conservare, *Psal. 121. v. 7.* Precabimur quoque ut Deus, qui Deus salutis est nostræ, (*Psal. 17. v. 47.*) velit Serenissimam Reginam CHRISTINAM in viam salutis, arctam illam viam, quæ ducit ad vitam æt. *Matth. 7. v. 14.* restituere. Protege, ô alme Deus, Illustrissimum Ordinem Senatorium, Regni Proceres, omnesque qui in eminentia constituti sunt: ut omni fidelitate, prudentia, æquitate & pio Zelo REGI adsint, ut in

justitiâ firmetur Solium Regis, Prov. 16. v. 12. Benedic ð mitissime Deus omnibus Regni Ordinibus, ut sint Benedicti à Domino, Psal. 115. v. 15. ut placidè & quitè vivans - h. l. vers. 2. Tuere ac defende, Omnipotens Deus, Regnum nostrum ab omni hostili irruptione, did. ex Esa. 37. v. 29. Da pacem, da quietam vitam, did. ex Deut. 12. v. 10. Jos. 21. v. 44. ut abnegetur omnis impietas &c. i. Reg. 8. v. 58. Tit. 2. v. 11. 12. 13. 5. Ex Vers. 3. Cum Pax sit inæstimabile Bonum, & singulare Dei Donum, atq; placidè, cum pietate & honestate in Pace vivere non tantum nobis utile, sed & Deo gratum sit. Eja, simus dicto audientes, colamus pacem, ut sit nobiscum Deus pacis, 2. Cor. 13. v. 11. did. ex Rom. 12. v. 18. & 14. v. 19. & concl. ex 2. Theff. 5. 13.

CONCIO II.

Parasc. Prov. 16. v. 12. & 20 v. 28. indigitantur virtutes, quibus Thronus Regius (præmissis pro Rege piis precibus, ut sup. Conc. dictum est.) firmatur: appl. ad Text.

Textus, Prov. 25. v. 2. 3. 4. 5.

E*xord. De Sapiencia Salomonis leg. 1. Reg. 3. v. 11. 12. de Proverbiis ejus, 1. Reg. 4. v. 31. inter illa sunt & hæc, quæ à Viris Hischia, (Esaia & aliis) collecta sunt: Quibus non tam subditos, quam se ipsum admonuit de iis, quæ ad verum Dei cultum, & officii partes, &c. spectant. REGEM autem nostrum Clementissimum in verâ devotione (leg. 1. Reg. 3. v. 9) & pietatis Zelo imitari sapientissimum Salomonem, patet ex Textu prælecto, in quo Not. I. Expl. II. Appl.*

I. Ubi Notanda venit, pio Regi conveniens (a) inquirens *DILIGENTIA*, quæ hic occultationi Mysteriorum Divinorum opponitur, *vers. 2. thet ar Gud; Zihra - Gloria Dei est, h. e. est Deo gloriosum & honorificum, sive in Dei Gloriam & Honorem vergit: en Saaf sördsjal Hebr. celare Verbum. (Verbum in Script. S. inter alia significat rem, causam, negotium, res gestas, & h. l. Mysterium) q. d. in Mysteria & Judicia Dei non est inquirendum, leg. Rom. 11. v. 33. seq. hisce autem verbis non adversatur illud, quod legitur Tob. 12. v. 7. sic enim habet Text. Orig. *μυστήριον βασιλείως κρύψαι καλόν, τὰ δὲ ἔργα τῆ θεῶν (qualia sunt opus Creationis, opus Redemptionis, opus Conservationis, &c. &c. ἀνακαλύπτειν ἐνδοξον. ex multis & innumeris exemplis revelantium & lau-**

207.
128

laudantium opera Dei, leg. Exod. 15. v. 1. Psal. 18. v. 2. seqq. Luc. 2. v. 13. 14. De Mysteriis Divinis celandis; operibus autem ejus revelandis scitè loquitur Ambrosius: *Quæ Deus occultæ esse voluit non sunt scrutanda; quæ autem manifesta sunt, non sunt neganda: ne in illis illicite curiosi, & in his damnabiliter inveniamur ingrati.* Men Rönungars *Abra dr/- gloria Regum, scrutari verbum, h. e. Non tantum gloriosum & honorificum est Regi, sed & necessarium ac proficuum, accuratè inquirere, quæ sit rerum facies in Regno, præsertim quomodo justitia & pietas in ditionibus ejus vigeant, (de quibus vers. 5.) ad Exemplum piorum Regum, ut Josaphati, (2. Chron. 19. v. 3. 6. seqq.) & Nostrorum multis iam retrò annis, B. Luth. in hæc verba ita commentatur: *In gubernationem Dei non oportet inquirere & quarere: quare? Cur hoc? Cur illud? Sed flere & credere; Verùm in Regnis mundanis decet Principes inquirere & rogare: Quare? Cur hoc? Cur illud? & nihil inconsideratè alicui concedere.**

(β) Latitans SAPIENTIA, quæ hæc comparatur altitudini Cœli, & terræ profunditati, vers. 3. sicut enim immensa & q. impervestigabilis est Cœli altitudo & terræ profunditas: leg. Jer. 31. v. 37. Syr. 1. v. 2. 3. Ita & corda Regum & cogitationes cordium ipsorum non possunt pervestigari, propter profundam, quæ in illis latitat sapientiam, atque varias & ferè infinitas curas, quæ ipsis in hoc officii fastigio incumbunt: Huc pertinet sollicita Davidis jam morituri admonitio ad Salomonem, 1. Reg. 2. v. 3. 4. & confortatio, 2. Chron. 23. v. 12. 13. Nec non devota Salomonis oratio, 1. Reg. 3. v. 7-12. Conf. Sap. 7. v. 7. seqq.

(γ) PIETAS & JUSTITIA, quæ hic assimilatur Argento puro, sicut vita impia & dissoluta, scorix, vers. 4. 5. *Man fastar bori Slagget* - est hæc Comparatio inter Scorias, & vitam impiam, atque inter arg. purum & vitam piam, perelegans & notatu digna: leg. E. sa. 1. v. 22. 25. Ezech. 22. v. 18. 19. Quemadmodum enim scorix unà cum argento, in argentifodinis succrescunt & miscentur, ita ut ab imperitis ægrè dignoscantur primò, ac difficulter & non nisi per ignem ab eodem seperantur; Ita & impii simul cum piis vivunt & enutriuntur, Matth. 13. v. 28. 29. 30. ab incautis ergo & illi hæud facile dignoscuntur, Psal. 73. v. 2. 15. 16. certè nunquam nisi per Spiritus S. illuminationem, verbi prædicationem, Mal. 3. v. 2. 3. atque τὸ ὄψωσι crucis, 1. Pet. 4. v. 22. ab impiâ vitâ divelluntur, Ezech. 22. v.

20. 21. 22. *Conf. Jer. 6. v. 27. seqq.* Atque hæc fuit Comparationis *pro-*
ptis seq. apodosis.

268.

Vers. 5. Man kastar itt ogudachtigt Wäsende - Hebr. *remove im-*
pium, sc. consiliarium vel ministrum, *Esth. 3. v. 8. 9. & 5. v. 13. 14. Dan.*
6. v. 6. 7. & quicquid impium est & scandalosum, Esa. 1. v. 16. 17. Jon.
3. v. 6. 7. Sã warder hans Sãte x. stabilietur Thronus ejus in justitia.
Thronus est sedes magna magna in Imperio constitutorum, un-
de sæpè sumitur pro ipsa dignitate Regia, ut 2. *Sãm. 7. v. 13. 16. 1. Chron.*
18. v. 13. 14. Luc. 1. v. 31. Stabiliri autem Regna in justitiã, exulante in
illis impietate, patet tam *Dislis, Prov. 16. v. 12. & 20. v. 8. 28.* quàm
Exemplis, ut *Josaphati, 2. Chron. 19. v. 2. 6. & 20. v. 3. 5.* *Nebucadnesa-*
ris, Dan. 4. v. 33. 34. &c. Hinc Poëta: *Justitia & Pietas fortes sunt*
Principis arces. repet. illud Prov. 16. v. 12.

II. Appl. Doct. 1. Ex Vers. 2. Tremenda Mysteria divina non
sunt scrutanda sed admiranda, *leg. Eccl. 8. v. 17: & 11. v. 5. Esa. 55. v. 8.*
9. 2. Cor. 10. v. 5. Et omnia Dei opera cum gratiarum actione me-
moranda, æternisque laudibus extollenda, *ex Esa. 66. v. 2--5.* Præ-
sertim à nobis, quorum majores fuere Ethnici & oves errantes, *Eph.*
2. v. 2. 3. Conf. Esa. 53. v. 6. Nos vero per Evangelii lucem illuminati,
did. ex Act. 26. v. 18. Eph. 5. v. 8. add. 1. Tim. 3. v. ult. Exultamus er-
go meritò, dicentes cum Davide, *ex Psal. 86. v. 11. 12. 13. & cum Zacha-*
riã, Luc. 1. v. 68.

2. Ex vers. eod. Est quod immortales Deo agamus gratias,
quod inter cætera benef. quibus nos beavit Deus, etiam pio ac vi-
gilante, (sive ut hic textus habet; *accuratè scrutante & inquirente*)
gaudeamus. **REGÈ:** Hoc enim soli Deo acceptum ferimus, prout
docemur, *Prov. 20. v. 12.* ubi emphatica similitudine Rex dicitur *ocu-*
lus à Deo factus: Namque oculus (1) est membrum in corpore no-
bilissimum, quorsum alluditur, *Gal. 4. v. 15.* (2) motus oculi est ce-
lerrimus, hinc, *in ictu oculi, h. e. in momento.* (3) est lucerna cor-
poris, *Matth. 6. v. 22.* (4) est ὀφθαλμὸς *Num. 10. v. 31.* (5) habet ocu-
lus notionem misericordiæ, *Job. 29. v. 15.* item (6) Justitiæ, *Deut. 13.*
v. 8. (*Appl. per singula ad Regem sive Regiam Majestatem.*) &
add. ex Psal. 94. v. 9. ubi dicitur Deus *formator oculi, ut h. l. did. ex*
Rom. 13. v. 1. seqq. Conf. Prov. 8. v. 15. 16. adm. ad subditos, qui di-
cuntur (*Prov. 20. 12.*) *auris audiens, h. e. obediens, did. itidem ex Rom.*
13. v. 1.

3. Tam

3. Tàm ipsum Officiùm Regiùm, quàm personàs illud gerentes, debità subjectione & veneratione suspiciamus, quandoquidem innumeris curis gravantur *Reges*: Curæ n. REGI erit, quomodo sese exhibeat erga DEUM, in Pietate & Religione propagandâ ac defendendâ; erga se ipsum, in vitæ innocentâ: erga *Necessarios & Agnatos*: erga *Consiliarios & Ministros*, & quos eligat? erga *subditos* omnes; erga *populos vicinos*, tàm amicos quam hostes: &c. quantam curam impendet *legibus* ferendis? *Judicijs* exercendis? *pœnis & supplicijs* imponendis? *bellis* piè, prudenter & fortiter gerendis? *periculis* avertendis? &c. quæ omniâ dictis & exemplis diduci possent, nisi ipsa experientia de hisce molestiis & curis abundè testaretur; *Addatur saltem psalmus* 101. in quo pientissimus & prudentissimus Rex David suam depingit œconomiam & Regni Administrationem.

4. *Ex Vers. 4. & 5.* Ex Psalmo jam nominato (101) liquidè constat, quod David quemlibet impium ministrum à se amoverit, quodq; actâ post lapsum horrendum, pœnitentiâ, impiam vitam detestatus fuerit, patet *ex toto ferè Psalterio*, utpote *Psal. 7. v. 12. 13. 14. & 10. v. 13. 14. & 14. v. 2. seqq. &c.* De pio Zelo Hischiæ, *leg. 2. Reg. 18. v. 3. seqq. Josiæ, 2. Chron. 34. * &c.* Quid dicam de piis Regibus Regni Svecogothici, pro Religione, Regno ac Pietate, etiam interpositâ vitâ, decertantibus? Quid memorem REGEM jam nostrum Clementissimum? Cujus Pietas & anxia pro Salute Patriæ Cura, ex toto præsentis Anni diplomate, de horum Dierum festivitate, verè Regio, luce meridianâ clarior est. Nobis autem ipsa Pietas & Obedientia, imò ipsa Necessitas imponit; ut ad mandatum S. R. Maj:ris dicamus *ex Psal. 95. v. 8. (hic iterum breviter repeti possunt dicta, ex Conc. in Esa. 44. v. 22. Doct. 2.)*

5. *Ex Vers. 5.* Profligatâ hoc modo òmni impietate, vigebit benedicente Domino, tàm in Aulâ, quàm inter Subditos vera *Pietas, Tit. 2. v. 11. 12.* Cujus nutricula est serîa Verbi Divini meditatio, *Jos. 1. v. 8. Psal. 1. v. 2. & precum assiduitas, Sap. 9. v. 1. seqq. add. ex Conc. in 1. Tim. 2. v. 2. Doct. 3. & 4. circa fin.* Ex infucatâ hac Pietate, pullulat sacra *JUSTITIA*, de quâ *h. l. & 2. Sam. 8. v. 15. 1. Reg. 10. v. 9.* O quanta fuit & est felicitas nostra, præ omnibus aliis Regnis & Regionibus, qui viximus & adhuc (Deo sint æternæ laudes dictæ) vivimus sub Imperio Regis, *Justitiæ* amantissimi! *Judicia* non tantum Superiora, sed & Inferiora constituentis, & omnia ad S. justitiam promovendam ordinantis, adeo ut à parte Regis nihil desit, quod *Justitiæ* thro-

Reg: ven

127

Meditatio
VerPietas
Justitia

270.
num spectat. Judicium autem est, Regis iussa cæpessere, & attentio-
ne summâ sibi præfixum habere, præter leges Patriæ aliasque Consti-
tutiones, illud 2. Chron. 19. v. 6. 7. Conf. Deut. 1. v. 16. & Sap. 6. v. 2. 8
Nos vero devotas fundimus preces pro REGE nostro Clementissimo,
& omnibus qui in eminentia constituti sunt, repet. ex Conc. sup. v. 2.
Doct. 4. & concl. ex Psal. 75. v. 8. 10. 11. 12. 13. 14.

Die III. Solemn. Prec. (14. Aug.)

CONCIO I

Parasc. Esa. 55. v. 6. 7. appl. ad diem præf. & Text.

Textus, Jer. 5. v. 22. 23. 24. 25.

EXord. Exod. 8. v. ult. & 9. v. 34. 35. dicitur de Pharaone, quod ex
liberatione tot plagarum, obduraverit cor suum, undè iusto Dei Ju-
dicio miserè periit, leg. Exod. 14. v. 23--28. Simus ergo Cautiores, o-
bediamus DEO recta & salutaria monenti, & jam ex hoc Textu
Not. I. Expl. II. Appl.

In I. Notanda venit (α) Occasionis EVIDENTIA, Jeremias
ab utero materno ad munus Propheticum destinatus, Cap. 1. v. 5. in-
struitur, v. 6. seqq. pœnas peccatis Judæorum dignas illis denunciatur,
●. 11. seqq. & 2. v. 19. 30. 36. & passim per totum lib. satisque maturè in-
stans excidium illis prædicat, Cap. 4. v. 5. seqq. & 5. v. 6. 7. 15. 16. 17. &
ad pœnitentiam indefessè eos hortatur, C. 3. v. 12. 13. 14. 22. & 4. v. 1.
8. 14. &c. In hisce autem verbis, præmissâ gravi increpatione, quâ
attentionem postulat, v. 20. 21. conatur ipsos permovere ad Cultum
Deo præstandum, Primùm à Dei Potentiâ, v. 22. quam illi illudunt suâ
inobedientiâ, v. 23. Deinde, paternâ Dei Providentiâ, v. 24. quam a-
spernantur suâ resistentiâ, v. 25. Ergo

(β) Div. POTENTIA, Vers. 22. Wilken i icte fructa migh. Est
autem Timor vel Servilis ex metu pœnarum tantum prodiens, juxta
illud: oderunt peccare mali, formidine pœna, leg. Rom. 8. v. 15. vel Fi-
lialis, prodiens ex corde fidente Deo, (sicut liberi qui reverentur pa-
rentes, cavent maximè, ne quâ in re eos offendant) unde illud: Ode-
runt peccare boni, virtutis amore. leg. Exod. 18. v. 21. Syr. 1. v. 11. 27. 33.
34. Et hic Timor est vel Internus, nimirum vera in Deum Pietas, &
sancta Nominis ejus invocatio, Luc. 1. v. 50. & 13. v. 40. Vel Externus,
pro cultu divino externo: qui quidem quandoque, sed non semper in-
ter-

ternum habet conjunctum; metum autem pœnarum plerumq; includit, *leg. Esa. 29. v. 13. 14. Matth. 15. v. 8. 9.* Hoc autem in loco Timor externus præcipuè indigitari videtur, *v. 22. verùm v. 24.* præcipuè timor internus. Sätter Hafnena sina Strand/- Vult Deus coli & timeri non tantum ut Cœli & Terræ, omniumque quæ in eis sunt, *Creator, (vid. Conc. in Esa. 44. v. 24.)* sed & *Conservator*, quod h. l. cohibitione & terminis aquæ probatum vult, ostendens quanta sit ejus Potentia & Bonitas, qui omnia eo ordine, quo creata sunt, & potest & vult conservare. *leg. Job, 26 v. 10. & 38. v. 8--11. Psal. 104. v. 6--9.* Cæterùm hoc tumultuantis maris Exemplo innuit Deus, se pro suâ Omnipotentia & paternâ Providentiâ, multò magis fremitum Babylo-niorum cohibere, & potentiam eorum subvertere posse: Et hinc sibi deberi Timorem, *(ut ab initio versiculi postulat.)*

(?) Populi INOBEDIENTIA, *vers. 23.* est affelligit och ohörsampt Hierta- *Cor declinans & rebelle.* Ex toto ferè V. T. patet, quæ & quanta Beneficia Deus Populo Israëlitico contulerit; præcipuè in *benedicendis Patriarchis; - in eductione ex servitute ægyptiacâ; - deductione per Mare rubrum; - nutritione in deserto; - ejectione gentilium è terra Canaan; - populi hujus in eandem introductione: à variis hostibus defensione; - &c.* Sed quam retulit populus hicce gratiam? Non gratiam, sed summam ingratitude: Legantur libri *Mosis, Josua, Judicum, Regum & Prophetarum*, & reperiemus easdem querelas ingeminari, quod *Cor* habeat hic populus *refractarium & rebelle.* Ex omnibus saltem provocho ad querelam *Mosis, Deut. 32. v. 5. 6. 15. & Esaia, Cap. 1. v. 2. 4.*

(d) Pat. Dei PROVIDENTIA, *vers. 24.* och sätta icke- q. d. quid dicam de aliis beneficiis, cum non moveantur, & ad verum Dei timorem ac cultum excitentur hisce benef. singularibus, quæ ipsis quotidie obverfantur, nimirum, *arla regn och serla regn- pluvia tempestiva & serotina*, h. e. pluvie fecundæ. *i rättom tidh/ tùm veris tùm autumni temporibus*, quibus pluvii irrigata terra, uberem fert fructum, & quidem tempore oportuno. *Lev. 26. v. 3. 4. Matth. 5. v. 45.* bevarar oss Åhrsvården- Hebr. *Hebdomadas statutorum messis custodit nobis*, h. e. postquam ex bonitate divina ad maturitatem pervenerint fruges, tempus aptum & idoneum metendis segetibus nobis reservat, serenitatem & cõmodam aëris temperiem largiendo. *Deut. 28. v. 3. Mal. 3. v. 10.*

(e) Obstinacia sive RESISTENTIA, *vers. 25.* Edra Misgeringar- *Iniquitates vestra declinare fecerunt hæc* (beneficia Dei) quæ aliàs

272.
lis
25th
amur
Sod
ur. no
ra:
Ego
no.
Ego
iant
reg:
& in posterum, si eum dilexeritis & mandata ejus servaveritis, paratus est vobis exhibere. *Deut. 28. v. 1. seqq.* sed cum ea susque deque habeatis; Imò iniquitates vestrae declinare faciunt omnem horum beneficiorum memoriam, *Conf. Deut. 32. v. 15. Hos. 7. v. 15.* Edra Syndec tam cætera peccata, quàm ingratitude hæcce: *Wanda thet goda ifrañ eder. Amos. 4. v. 7. 8. 9. Conf. Deut. 31. v. 17. 18. & 32. v. 20.* Neq; hoc tantum, sed & preces vestras odiosas reddunt, *Esa. 1. v. 15.* imò ipsum Deum cum omni suâ gratiâ, à vobis avertunt, *Esa. 59. v. 2.*

II. *Appl.* Legentes hunc & cæteros textus Propheticos, miramur, & meritò miramur, populum Judaicum, tot Dei miraculis non excitatum esse ad verum Dei Timorem, (*v. 22.*) Tot exhortationibus & increpationibus non destituisse à rigidâ inobedienciâ, (*v. 23.*) Tot beneficiis non permotum ad verum Dei cultum, (*v. 24.*) Tot denique iniquitatibus omnem planè beneficiorum div. memoriam delevisse! Sed non est quod solùm miremur illorum obstinaciâ; Inspiciamus, quæso, nostra tempora, scrutemur vitam nostram, (*Thr. 3. v. 40.*) & inveniemus, nos nihilo illis Sanctiores: Nam

1. *Ex Vers. 22.* Miracula quod attinet, non desunt illa, quæ nobis timorem Dei incuterent. Namque præter innumera illa miracula, quæ in S. literis descripta sunt, quæ etiam nos de Omnipotentia Dei erudiunt, (enum. tantum quædam, quæ in aquis contingere: *ut Gen. 7. v. 11. 12. Exod. 7. v. 19. & 14. v. 21. 22. 26. 27. & 17. v. 6. Jos. 3. v. 15. 16. 17. Jon. 2. v. 7. 11. Job. 2. v. 8. 9.*) experimur quotidie, Aquas maris, Dei omnipotentia contineri intra terminos suos, qui ipsi à Deo in prima creatione constituti sunt, *Gen. 1. v. 9. & b. l.* fluctus item decumanos videmus à Deo sedari, *ut b. l. & Psal. 65. v. 8. 9. Matth. 8. v. 26.* Quid dicendum de nimiâ & noxiâ superioris anni pluvîâ, de intensissimo hujus hyemis frigore, de intemperie Veris, nonne hæc omnia abundè docent Deum Omnipotentem, & fortem Zelorem esse? Qui Elementa in emolumentum nostrum creata, nobis in pœnam convertit. Hæc ergo considerantes, convertamus nos ad Deum filiali & vero timore, veraque pœnitentiâ: Sic fiet, ut ille se ad nos paternâ misericordiâ, ope atque benedictione convertat. *leg. Deut. 4. v. 29. 30. 31. & 30. v. 2. 2. Chron. 7. v. 14. & 15. v. 4. reper. & hic ex Conc. in Esa. 44. v. 22. Doct. 2. Adm. & Consol. ex Jer. 18. v. 7. 8.*

2. *Ex Vers. 23.* Exhortationes & increpationes (quales sunt illæ, *Jer. 7. v. 3. 4. 5. & 8. v. 4. 5. 6.*) apud nos flocci fieri, comprobatur, pro-

dolor, ipsa experientia: Gravis illa querela Jeremiæ, *Cap. 6. v. 10.* dum alij obedire recusant, de quibus *Cap. 41. v. 16. 17.* alij obstinationes redduntur, *Cap. 18. v. 18.* quorum obstinaciam detestatur, *Cap. 13. v. 23.* perpauci verò convertuntur, *Cap. 15. v. 11.* pro quibus intercedit Propheta, eosque consolatur, *v. 15. 16.* Gravis inquam, illa querela quadrat & nostro tempori, cum sint, qui auditores Jeremiæ in obstinacia & verbi contemptu prorsus imitentur, quos ipse Sathanas occæcavit, *2. Cor. 4. v. 4.* Ad quos pertinet admonitio ex *Apoc. 3. v. 17. 18.* & *Jer. 7. v. 23. repet. Esa. 55. v. 6. 7.*

3. *Ex vers. 24.* Quod terra uberem ferat fructum, quod segetes maturescant, & ab æris ventorumque intemperie conserventur, &c. id omne soli Deo acceptum ferimus, (ut *b. l. docet Propheta*) quippè Deus promissa sua implet, *Gen. 8. v. ult.* & quidem non rarè centuplo proventu, *Gen. 26. v. 12. conf. Matth. 13. v. 8.* Sicubi ergo terra uberiores fert fructus, nostrum erit, Dei Bonitatem & Providentiam agnoscere, debitasque Deo solvere laudes, ex *Psal. 65. v. 10. -- 14.* Sin v. aliquando fructus deneget, id gravibus nostris peccatis imputabimus, *leg. Lev. 26. v. 16. 19. 20. 26. Ezech. 14. v. 13. Amos 4. v. 6.* Fames a cum sit gravis & horrenda peccatorum pœna, *2. Sam. 24. v. 12. 13.* Ergo (1) *ferenda est humili patientiâ, Mich. 7. v. 9. Conf. Psal. 33. v. 18. 19.* (2) *avertenda (a) precum diligentia, 1. Reg. 8. v. 37. seqq. Amos 7. v. 1. 2. (b) verâ pœnitentiâ, 2. Sam. 21. v. 1. 6. Amos 4. v. 6. 7. 12. & (c) firmâ in Deo fiducia, Psal. 37. v. 3. 25. & 132. v. 15. 2. Pet. 5. v. 7.*

4. *Ex vers. 25.* Peccata, cum sint omnium malorum causa & origo, *repet. dicta in expl. text.* ergo in nomine Domini demus operam, ut ad exemplum verè pœnitentium illa expiemus, *Jud. 2. v. 4. 5. 2. Sam. 12. 13. Psal. 51. v. 3. seq. Orat Manass. v. 9. seq. Sc. Concl. ex Adm. Tobia, Cap. 4. v. 6.*

CONCIO II.

Parasc. Deut. 8. v. 11. instruit Moses Israelitas in terram promissam ingressuros, idem ferè, heic repetit in textu prælegendo,

Textus, *Deut. 10. vers. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*

E *Exord.* Jonas terræ restituendus, gratitudinem promittit, *leg. Jon. 2. v. 10.* Israelitæ in terram promissam, introducendi admoventur exhibendarum gratiarum, in hoc textu, cujus Not. *I. Expl. II. Appl.*

C3

I. Ubi

274
I. Ubi Notetur (a) OCCASIO, In Deuteronomio, quod continet historiam 37. dierum, repetit Moses breviter maxima Dei Beneficia erga Israëlitas, *Cap. 1.-2.-3.-4.* iteratâ vice recitat legem Moralem, *Cap. 5.* svadet legis observantiam, eamq; posteris inculcandam monet, *Cap. 6.* docet quomodo sese gererent in terrâ Canaan, *Cap. 7. & 8.* quam ex gratiâ & nullo suo merito occupaturi essent, ut qui sapius deliquerunt, etiam in deserto, aded ut Moses ex justo Zelo fregerit tabulas lapideas, quas Deus iussit de novo parari. *Cap. 9. & 10.* quomodo a. sese gererent in terra promissa, iterum in textu præleſo docetur; Ergo Notetur

(b) Ad verum Dei cultum ADHORTATIO, *vers. 12. 13.* Du Israel/ hivadth estar. H&Kren - q. d. Tu electa Gens Israëlita, paulisper subsiste & perpende, quid loco Gratiitudinis, pro omnibus hisce benefactis, quibus hastenus te cumulavit Deus, *â te petat Dominus?* (Propter emphasin & attentionem interrogando hæc proponit Moses, sic psaltes, *Psal. 116. v. 12. & 119. v. 9.*) Et ipse responderet: vithan at tu skate fructa H&Eran - quid sit timere Deum, *vid. Conc. ex Jer. 5. v. 22.* - i alla hans wâgar/ via & semitæ Dei, quas ut homines terant, ipse præcipit, sunt sanctissima ejus dogmata, & præcepta, *Psal. 25. v. 4. 5. & 119. v. 3. 4. 5. 33. 34. 35.* estkar honom/ conjungenda sunt amor & timor, ut jam dictum, sic b. Lutherus in expl. Decalogi conjunxit, & ad contestandum hunc amorem sâ tienar H&Kranom tinom Gudh- *servias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, ex tota anima tuâ.* (*Deut. 6. v. 5.* additur: *ex tota virtute tua.* & *Matth. 22. v. 37. Marc. 12. v. 30. ex tota mente & virtute tuâ.*) sensus est: *ex toto corde*, h. e. omnes cordis affectus sint puri & sancti, & in dilectionem Dei ita dirigantur, ut nulla creatura in Cœlo & in terra juxta Deum diligatur. *Ex tota anima*, i. anima non divellatur ab eo ullo peccato, opere ullo, verbis denique aut cogitationibus. *Ex tota mente*, mens elevabit se ad Deum & Cœlestia, & terrena omnia viliora habebit. *Ex omni virtute*, h. e. omnes vires ad Dei amorem & laudem dirigendæ sunt.

Vers. 13. at tu håller - i thenna Dagh. est epexegetis priorum verborum.

(c) Adhortationis RATIO, & quidem (1) propter Benedictionem, *vers. eod. på thet tigh mã mãl gââ.* sic *Jer. 7. v. 23.* quippe amoris erga Deum, q. proles est obedientia erga Deum, quam Deus cumulatè remunerare solet, *leg. Exod. 20. v. 6. Lev. 26. v. 3. seqq. Deut. 28. v. 1.-14. Conf. Gen. 15. v. 26.*

(2) Propter Adoptionem, *vers. 14. 15.* Sij Himmelen- Deus ter
Opt.

Opt. Max. qui est Creator cœli & terræ & omnium quæ in eis sunt, est
& Governator omnium ac Possessor, atque ita potentissimus simul &
ditissimus Monarcha. *leg. 1. Chron. 19. v. 6. Psal. 24. v. 1. Jer. 32. v. 27.*
Zach. 6. v. 5.

Vers. 15. Doch listwål hafwer han- ex infinitis aliis dictis de ado-
ptione populi Israëlitiçi, *Leg. Gen. 12. v. 1. 2. 3. & 26. v. 2. 3. 4. & 28.*
v. 13. 14. 15. Exod. 6. v. 2. segg. &c. Hunc autem populum præcipuè
adoptavit Deus, ut esset custos Religionis, ex quo etiam in temporis
plenitudine nasceretur promissus Mundi Messias, non tamen propter
ea reliqui populi exclusi sunt à Gratiâ Dei, si eam non aspernaren-
tur, *Esa. 2. v. 1. 2. 3. Mich. 4. v. 1. 2. Zach. 8. v. 20. segg. Mal. 1. v. 11.*

(d) *Contumacia DEVITATIO, vers. 16.* sã omsfæder nu eder
Hiertas Förhudy / *circumcidite præputium cordis vestri*, sic enim ha-
ber text. orig. quem interpretari videntur LXX, dum ita vertunt:
πεπεμεϊδε την σκληροκαρδιαν υμων. Quemadmodum n. præputium
in S. Scr. etiam cordi, auri, &c. tribuitur *Jer. 6. v. 10. & 9. v. 26. Conf. Matt.*
15. v. 19. ita & circumcisio, quæ aliàs dicitur spiritualis, (quia à Spiritu
Dei proficiscitur. *Deut. 30. v. 6. Jer. 4. v. 4. Rom. 2. v. 29. & 8. v. 13.*
-hållstysse: juxta Hebr. *Cervicem vestram ne induretis amplius*, respi-
cit hic Moses ad obstinaciam populi in Deserto, *leg. Exod. 17. v. 2. &*
32. v. 8. 9. 10. Num. 11. v. 1. Conf. Deut. 9. v. 23. 24. sed hæc admonitione
nihil egit Mos. *vid. Jud. 2. v. 10. 11. 12. & 8. v. 6. 7. 11. 12. 13. & passim in lib.*
Regum & Prophetarum, leg. Jer. 16. v. 10. 12. huc ergo applicantur verba
Prophetæ, *Jer. 13. v. 23.*

(e) Dei *EXALTATIO*, & quidem (1) Propter *Magnificenti-*
am, Vers. 17. HERRER eder Gudh-- in S. Script. dicuntur *Qui-*
dam *Dii κατὰ χάριν*, quibus Divinum Munus incumbit, *Psal. 82. v.*
7. & 89. v. 7. Job. 10. v. 34. 35. Quidam κατὰ ψεῦδος, quibus homo
spontè sese subjicit, eisque servit, & hoc bifariam, vel de iis, quos ho-
mines ex superstitione pro Diis colunt, *Abl. 7. v. 43. 2. Cor. 4. v. 4.*
vel de eo, quod homines instar Summi Boni venerantur, Rom. 16. v.
18. Phil. 3. v. 19. de his omnibus dicitur, *Gal. 4. v. 8. quod naturâ non*
sint Dii. sed saltem, (*ut 1. Cor. 8. v. 5.* habetur) dicantur Dii Horum
autem Deorum Dominus est Jehovah, Dominus Zebaoth, *Psal. 136.*
v. 3. Conf. Esa. 44. v. 6. &c. En HERRE-HERRAR *Psal. 136. v. 3. 1. Cor.*
8. v. 5. 6. Stoor/mechtigh/ försätligh/ quem omnes Creaturæ metuere co-
guntur, Gen. 17. v. 1. Deut. 7. v. 21. Mal. 1. v. ult. (2) Propter *Justiti-*
am, vers. eod. Jungen Person achtart leg. 2. Chron. 19. v. 7. Sap. 6. v. 8. Syr.

276.
35. v. 16. idem de Christo testantur Pharisæi, *Matth. 22. v. 16. Tager inza*
Mutor/ munera non accipit, quia nullius rei est indigus, 2. Macc. 14. v.
35. ipse enim creavit omnia, *Gen. 1. * & possidet omnia, Job. 41. v. 2. Conf.*
Hag. 2. v. 9. imò munerum acceptores execratur Deus, Deut. 27. v. 25.
add. Job. 15. v. 34. 35.

II. Appl. Doct. 1. Ex *Vers. 12. De Timore Deo debito, did. ex*
Conc. in Jer. 5. v. 22.

2. Ex *Vers. eod. De Amore Deo debito vid. expl. textus, & add.*
Mich. 6. v. 8. Hinc Adm. ex 1. Job. 4. v. 19. Sed quæ est illa Dilectio
Dei? Est illa (1) Antiquissima, Eph. 1. v. 3. 4. (2) Altissima, deligimur e-
nim ab eo, qui est Deus Deorum, 1. Tim. 6. v. 15. Apoc. 17. v. 14. & 19. v.
16. (3) Fortissima, siquidem diligens nos est omnipotens, 2. Reg. 20.
v. 11. Job. 9. v. 4. & 22. v. 23. 26. (4) Gratiolissima; Exod. 33. v. 17. 19:
Eph. 2. v. 8. 9. Atque hæc dilectione Deus nos prævenit, Esa. 65. v. 1.
2. Rom. 10. v. 20. & 11. v. 6. Hæc dilectio Dei, nonne in nobis excita-
bit verū & reciprocum erga Deum Amorem? Et quidem ex toto corde,
Ec. in expl. text. Excitabit in nobis Dei Honorem, Exod. 15. v. 2. Esd.
3. v. 11. Peccati horrorem, Jac. 4. v. 8. Conf. Esa. 59. v. 2. & ad omne
bonum fervorem, Esa. 1. v. 17. Tit. 2. v. 11. 12.

3. Ex *vers. 13. Did. Doct. de largâ & gratuita Dei remuneratio-*
ne (sive benedictione) erga obedientes, ex text. expl. & Prov. 12. v. 28.
Jer. 6. v. 16. & 7. v. 2. 3.

4. Ex *vers. 14. Did. Doct. de omnipot. & opulentia Dei, ex*
Prov. 10. v. 21. Conf. Psal. 34. v. 11. & 104. v. 27. seqq.

5. Ex *vers. 15. Agnoscamus & nos singularia Dei Benef. quibus*
præ Aliis gaudemus, did. ex Psal. 147. v. 19. 20. Ec.

6. Ex *vers. 16. De circumcissione Spir. did. ex Homilijs Diei*
circumcisf.

7. Ex *vers. 17. De Magnificentia & Justitia Dei, did. ex text.*
expl. & concl. ex Syr. 50. v. 24. 25. 26.

NB. 1. Præterivi & hoc Anno, Textum tertium, cum in totâ hâc
Diacesti non nisi hîc Aboæ proponatur. 2. In hæc semper methods usita-
tissima & simplicissima, integrum tamen erit Dñi Concisionatoribus im-
mediate post quamlibet circumstantiam addere L. C. sive Doct. si allibue-
rit: siquidem ex qualibet ferè circumst. L. C. eruitur. 3. Sphalmata, sç
quæ subreperint, pro suo candore B. L. corrigat, valeat & faveat

J. G. D. Ep. Ab.